LIBELLUS AURARIUS

SIVE

TABULAE CERATAE

ET ANTIQUISSIMAE ET UNICAE ROMANAE

IN

FODINA AURARIA

APUD ABRUDBANYAM, OPPIDULUM TRANSSYLVANUM,

NUPER REPERTAE

QUAS

NUNC PRIMUS ENUCLEAVIT, DEPINXIT, EDIDIT

JOANNES FERDINANDUS MASSMANN.

Insunt plurimae figurae et xylographicae et lithographicae.

PROSTANT

LIPSIAE APUD T. O. WEIGEL.

LIBELLUS AURARIUS

SIVE

TABULAE CERATAE

ET ANTIQUISSIMAE ET UNICAE ROMANAE

IN

FODINA AURARIA

APUD ABRUDBANYAM, OPPIDULUM TRANSSYLVANUM,

NUPER REPERTAE

QUAS

NUNC PRIMUS ENUCLEAVIT, DEPINXIT, EDIDIT

JOANNES FERDINANDUS MASSMANN,

DR. PHIL. PROFESSOR ORDINARIUS PUBLICUS IN UNIVERSITATE REGIA LITERARUM MONACENSI etc. etc.

INSUNT PLURIMAE FIGURAE ET LITHOGRAPHICAE ET XYLOGRAPHICAE.

PROSTANT

LIPSIAE APUD T. O. WEIGEL.

LONDINI APUD JOHN BOHN. — LUTETIAE P. APUD I. TECHENER.

LUGDUNI B. APUD S. & I. LUCHTMANS.

Mihi ifthoc nomine
Dum fcribo, explevi totas ceras quatuor.

PLAUT. Curcul. III, 40.

NICOLAO JANKOWICH DE WADASS

DOCTISSIMO NOBILISSIMO SENI

DESCRIPTARUM HOC LIBELLO TABULARUM CERATARUM

PESTINI POSSESSORI

AC

STEPHANO ENDLICHER

POSONIENSI, DOCTORI PROFESSORI VINDOBONENSI

ET PLANTARUM ET LINGUARUM PERITISSIMO

AMICIS

HOS COMMENTARIOS

EA QUA DECET OBSERVANTIA REVERENTIA GRATIA

DO DICO DEDICO.

PRAEFATIO.

Librum huncce, a compluribus aliquamdiu exspectatum, anno MDCCCXXXV exaraveram typis excudendum. Quoniam autem intellexeram, ad illam partem, quae de literarum ratione et forma sensim pro tempore variata agit (§§. 75—157), illustrandam multis figuris ligno incidendis opus esse, tum has tum eas, quae lapidi erant inscribendae, ipse conficere statui. Itaque rem strenue aggressus sum. Sed ut fere fit in rebus humanis, quum jam opus bene procederet et spes esset, fore ut brevi absolveretur, tum publicis meis negotiis, tum privatis studiis [1]) cessare coepit, et semel interruptum, mox diutius quam par erat jacuit. Profecto illam multorum annorum moram nemo amicorum meorum, qui vel coram me congressi vel literis meis de inventis illis rari pretii ceris certiores facti sunt [2]), gravius tulit, quam egomet ipse; neque quidquam nisi quod et conscius mihi eram, me interim non desidem fuisse (oculi quoque graviter affecti testantur), dolori meo poterat esse solatio.

At vero quicunque primum tabularum illarum simulacrum conspexerit sane oculis expeditius quam tabulae ipsae, quippe quae maculis sulphureis, cerae lacunis, ligni iniquitatibus deformes [3]), opportunam luminis vim et commodum oculorum adspectum magnopere praepediant, rarum illud et singulare inventum esse confitebitur. Sunt enim **p r i m a e e a e q u e s o l a e c e r a e R o m a n a e**, quarum de legitima et genuina origine dubium exstare non possit, iisque primum ducibus externam illorum libellorum speciem, numerum foliorum (alius enim illorum, alius tabularum aenearum v. g. honestae missionis), internam actorum publicorum rationem eorumque bina exemplaria in singulos libellos transscripta; mirum interdum morem sermones testantium rectos, quos vocant, et obli-

---

[1]) Inprimis tum urgebant, quae Maximiliano, regis Bavariae filio eidemque regni haeredi, ex anno MDCCCXXXIII. quodammodo debebam, monumenta gotthica Neapoli et Aretii collecta. Confectis tandem mea manu non mediocri labore illorum simulacris, prodiit opus anno MDCCCXXXVIII. Vindobonae, inscriptum, „Die gothischen Urkunden von Neapel und Arezzo," typis Beckii, fol. max.

[2]) Ut Jacobus Grimmius tunc Gottingae, Caspar Orellius Tiguri, Stephanus Endlicher Vindobonae, Otfridus Müllerus abhinc Athenis defunctus, cet.

[3]) Vide §. 4. 8. et 69, adnot. 7.

quos commiscendi, admirabilem manus volubilitatem, inprimis literarum ipsarum naturam egregie edocemur, quae, quum sint e festinantia quadam manus ortae, *cursivae* recte et appellari possunt et jam antiquitus sunt appellatae [1]).

Nunc demum, quaenam sit natura literarum ejusmodi *cursivarum* et ad usum subitarium adhibitarum, atque quaenam ratio intercedat inter has et literas, quas vocamus lapidares, egregie et luculenter apparet, quas in usu fuisse vel Spangenbergius adhuc anno MDCCCXXII, scite quidem ille, sed non ultra veri quandam speciem, probare potuerit. Dicit enim in *Tabulis negotiorum solemnium*: „ab antiquissimis inde temporibus literas minutiores, quas nunc cursivas appellamus, celeriori manus ductu oriundas, in conscribendis tabulis ceratis, papyraceis, membranaceisque adhibitas fuisse, *perquam verisimile* est [2])." Hoc autem praecipue ex invento illo lucri factum esse putes, quod literae ibi adhibitae altera ex parte, quae est earum natura, proxime ad majusculas (sive unciales) accedunt; altera ex parte ita inter se acclinantur et conflantur, ut arti criticae facultas praebeatur, *notarum Tironianarum* (quas Romanis fere idem fuisse constat atque nobis stenographiam) originem et rationem subtilius explicandi, quam divus Koppius conatus est [4]).

Quam vero in hoc libro de literarum cursivarum ratione et forma magis magisque a majusculis distincta et absoluta instituimus quaestionem, ex ea hoc quoque patet, literas in tabulis nostris usurpatas jam circa annum septuagesimum (Pompejis) in usu fuisse, nec non Ciceronis temporibus, quibus etiam notae illae Tironianae, atque id quidem, ut nunc res se habet, eo probabilius attribui volunt.

Argumentum autem harum tabularum cum rerum antiquarum curiosi, tum inprimis, qui iidem sunt juris consulti, salvere jubebunt, quum non solum omni causarum forensium et actorum publicorum institutioni clarissima lux in illis apponatur [5]), verum etiam c o l l e g i o r u m Romanorum, usque in provincias pertingentium (in quae quasi membra corpus reipublicae Romanae divisum erat) rationem subtilius cognoscendi facultas praebeatur, nec minus conditionem provinciarum misere vexatarum, atque inprimis terrarum Dacicarum Danubium attingentium, in quibus Getas aborigines, Sarmatas cum Slavis et Scythis ferociter equitantes, Germanos fortissimos, Graecos metalla exercentes, denique Romanos omnia opprimentes et exhaurientes, aeque olim versatos esse historia tradit ac Triptychon nostrum in nominibus praeter Romana et Graeca duo Germanica et unum, ni fallor, Slavicum exhibet.

---

[1]) Vide pg. 37. 38. — [2]) Cf. pg. 37, adnot. 3. nostra.

[3]) Cf. pg. 61 (§. 136) et 66 (§. 147 — 149). — [4]) Vide pg. 61 — 66.

[5]) Notamus inprimis in supplementum, eleganter et apte titulum, exordium solenne, recepta indicia testium, ab initio lineae paullum distare, et post illa reliquam lineam vacuam relictam esse; quas res posteriora saecula, quae magis calamo et papyro pergamenoque uterentur, *diversis literis* partim distinguere et secernere solebant. Apertissime hoc apparet in fragmento Vindobonensi documenti Odoacriani, cujus accuratiora exemplaria pro appendice Monumentis illis gothicis (vide supra pg. V. adnot. 1) addidi.

Haec res me permovit, ut in altera parte libelli, quaenam illis locis gentes quibusnam temporibus consederint, diligentius examinaverim. Quodsi jam tum anno MDCCCXXXV, initia linguae rerumque Slavicarum, quibus novissimo tempore studium linguarum scrutandarum egregie auctum esse constat, non potui non respicere: quae hic ratione et argumentis contendi, cave eàdem, ut ajunt, trutinà penses atque laudationes istas compositas et impuro fonte depromtas, quibus inde ab anno praeterlapso Petropoleos dominationem, tanquam unicam orbis terrarum salutem, ephemerides publicae sive metallis Urali corruptae, sive vano novandi studio infectae, Germana lingua extollere et juvare non erubuerunt. Verumtamen natio Germana, quam sortem quasi divinitus traditam hucusque implevit, ut verae in orbe terrarum humanitati patrocinaretur, illa etiam hoc novissimo discrimine imminente, qua solet esse constantia et fortitudine fungetur.

Ceterum secundum ea, quae de loco et ratione inventionis, de specie externa, literarum genere, argumento attulimus, neque genuinam originem tabularum nostrarum quisquam infitiabitur, neque ex nominibus consulum in fine subscriptis, quod in *tempus* referendae sint, dubitavit; est enim annus post Chr. n. centesimus sexagesimus septimus.

Simulacrum tabularum et scripturae secundum exempla ipsa ipse delineavi atque iterum lapidi inscripsi; quo in opere meam et subtilitatem et aliquam sollertiam amici experti sunt. Qui navigio vaporario (sit venia verbo) Pestinum profectus fuerit, exempla jam in museo possessoris clarissimi ac nobilissimi viri Nicolai Jankowich de Wadass inveniet [1]).

Ex itinere autumnali in Belgas nuperrime facto retuli simulacrum papyri ex Philarum insula in Museum antiquitatum Aegyptiacarum, quod est Lugduni Batavorum, translati, cujus literas seu ductus valde singulares nec non difficillimos lectu iterum primus nec pluribus sex horis enucleaveram. Inest decretum ut videtur imperatoris cujusdam, latino sermone scriptum, quo, ut ipsius verbis utar, instrumentum emptionale per vim confectum rescindi ille jussit.

Cujus papyri et accuratissimam delineationem lapidi iterum inscriptam et textum clarissime descriptum propter insignem affirmandi ea, quae de cursiva Romanorum scriptura ex nostro libello cerato disserui, rationem, in appendice addendum putavi.

Quod hunc librum, contra ac consuetudo mea animusque fert, latina lingua exaravi, id ex re visum est magis propter terras, in quibus tabulae illae et inventae sunt et conservantur, quam propter gentes originis Romanicae, Italos Gallos Hispanos: hi

[1]) Pagina tertia in adnotatione secunda error inde ex anno MDCCCXXXV. remansit, quem possessor literis ad me missis mense Decembri anni modo exeuntis hisce verbis correxit „cum possessor harum tabularum anno MDCCCXXXV. felici fato factus fuerim, collectione mea anno MDCCCXXXIII. Museo Hungarico jam prius resignata, proinde libera de hoc cimelio literario disponendi facultate gaudeo."

enim mox linguam Germanam addiscent, quamquam in hac quoque re tempora nondum sunt completa.

Latinitatis, si tibi non plane rejicienda videtur, meliorem partem (non est enim mihi animus, aliena mihi lucri facere) debeo *Valentino Seibel* Monacensi nunc praeceptori scholae latinae Francorum Valle in palatinatu Bavariae rhenano sita, cujus et de ratione et usu tabularum ceratarum aperiundarum conjecturam §. 58. recepi. Equidem autem minime erubesco confiteri, me juvenem (testibus praeceptoribus) melius lingua latina et graeca scripsisse, virum fortasse gotthice scribere magis callere [1]). Tempora mutantur —

Triptychi graeci inscriptio major, miris notis, fortasse Dacicis consignata, cujus simulacrum accurate delineatum addidi, adhuc interpretatorem desiderat. Ne Grotefendus quidem et divus O. Müllerus, Orellius aliique, quibuscum exemplar ante communicavi, invenerunt quomodo explicarent. Quod utinam vel illis vel aliis, quum universum cognoscere licebit, quam primum contingat, eruantque inde fortuna fautrice, qua vel literarum vel linguarum vel gentium cognitio inopinato atque egregie augeatur! Equidem cedo majoribus.

Fausto autem inprimis etiam in posterum successu adjuvetur velim egregia opera, quam in antiquitatibus Transsylvaniae collocat nobilis ille Vir, qui hasce ceras graecolatinas servavit, et honestissimum studium principis Lobcowitzii Vindobonensis, cui, quum sit universae rei metallicae in Imperio Austriaco praefectus, contigit, ut jam multa etiam in terris Dacicis monumenta tum Romana tum barbara erueret et in usum literarum servaret.

Latet profecto sub solo Transsylvano thesaurus quidam rerum, imo linguarum incognitarum. Servantur in museo nummario imperiali regio Viennensi tum egregiae galeae aeneae, literis Hetruscis (haud Oscis) inscriptae, quae inventae sunt in Stiria, tum pulcherrima vasa aurea, e terra Transsylvana effossa, opera *non* fusa, quorum ornamenta extrinsecus conspicua, ab interiore latere caelando expressa apparent, quamquam complura vasorum illorum sunt amplo ventre et angusto collo. Sunt porro in vasis illis inscriptiones tum eodem modo caelatae, tum exteriori lateri incisae, quarum ut sunt notae adhuc prorsus obscurae atque carent interprete, ita ipsorum vasorum illorum ornamenta et forma singulari quadam sunt natura atque a graecis abhorrent exemplis. Harum rerum curiosos certiores facere possum, fore ut et vasorum et inscriptionum illarum exemplaria accurate cupro incisa (jam enim confecta sunt) illustrissimo D. de *Arneth*, qui museo illi praeest, propediem debeamus.

MONACI, ultimo die anni MDCCCXL.

IOANNES FERDINANDUS MASSMANN.

---

[1]) Cf. Annales Gottingenses (Gelehrte Anzeigen) 1837, adn. 189.

I.

TABULAE.

Dextra tenet ferrum, vacuam tenet altera ceram.
Incipit et dubitat, scribit damnatque tabellas.
Et notat et delet, mutat culpatque probatque
Inque vicem sumptas ponit positasque resumit.

Ovidius Metamorph. IX, 522.

I.

TABULAE.

§. 1. Venit ad nos Monacenfes fub autumni initium anni MDCCCXXXV iter faciens ex Hungaria patria Vir nobiliffimus et humanitate atque eruditione commendatiffimus Nicolaus JANKOVICH de Wadass [1]), qui ex Mufeo quod Peftini rariffimis antiquitatis praefertim Romano-Dacicae monumentis exornatum tunc asfervabat [2]), triptycha duo, unum ex abietis, alterum ex ligno fagi fciffum fecum habens, Thierfchio in Belgis absente cum Schmellero noftro et mecum communicavit.

§. 2. Tabulae illae, quae ex ligno *fagineo* difficilius fissili factae atque in libellum conjunctae funt, et interiorem et exteriorem fuperficiem dedolando perpolitam exhibent, pugillares contra abiegni rudioris funt formae et simplicisfimo modo disfecti videntur, ut altera lamina in alterius compages arctiffime incidat, fatisque appareat pugillares ex uno eodemque loco fciffos et connexos effe. Sed jam accuratius de utriusque conditione disferendum eft.

§. 3. Compofitum eft utrumque triptychum, quod jam ipfum nomen indicat, *tribus* tabulis ligneis forma quam vocant octavam minorem, ut commode in marfupio poni potuerint. Binae exteriores tabulae utriusque triptychi nudam oftendunt fuperficiem ligneam, quae quafi operculum ac tutela fcripturae inte-

[1]) „Societatis Scientiarum Hungariae Membrum Honorium et Societatum Franconofurtanae ad erudendos fontes Historiae Germanicae, nec non Thuringicae Antiquarian correfpondens fodalis" etc.
[2]) Nuper in Mufeum nationis Hungaricae Pestini institutum venditis, cum *triptychis* ipsis.

rioris fuerit, fuperficies vero interiores marginibus ligneis aliquantulo eminentioribus circumdatae cavatae et cera colore nunc nigricante inductae funt. Eadem eft ratio tertiae tabulae mediae, nifi quod in utraque pagina cavata et cera illita eft. Tantum de extrema forma codicillorum.

§. 4. Quod vero rationem interiorem librorum attinet, primo jam afpectu literarum ductus in ambobus triptychis dignofcuntur eique haud paucarum linearum, fed rariores illi in libello *fagineo* neque facile folvendi, frequentiores optimeque confervati in libello abiegno, cujus tabulae totae literis infcriptae funt. Cera ipfa in ambobus triptychis non fpiffe inducta eft five potius temporis longitudine fatis detrita videtur; inprimis tenuis apparet in tabulis fagineis atque hic illic etiam prorfus foluta, ita ut fcriptoris *ftylus* haud dubie ferreus[1]) cufpide fua acuta gravius et longius in lignum cerae fuppofitum penetraverit, et aliquot locis ipfa veftigia fcripturae antiquioris propter tenuitatem cerae non prorfus evanidae fubluceant, quae quidem oculorum aciem haud raro decipiant atque feducant.

§. 5. In codice[2]) abiegno, fi more noftro a finiftra evolvitur, fuperior cera tabulae mediae ftria demiffa non cerata in duas partes non aequales divifa eft, quae cum fatis profunda et larga fit, ad ftylos aliquot non craffiores recipiendos deftinata videtur fuiffe. Ad eundem finem alterum triptychum in margine tabulae mediae fulcum quendam canaliculatum exhibet deorfum curvatum, qui et ipfe videtur infervifle ad ftylos recipiendos, quibus veteres non folum ad fcripturam exarandam emendandamve, fed et jam ubi invertebantur[3]) ad exftinguenda quae fcripta erant utebantur. Theca illa in margine five fronte libri incipiens hanc habet formam, qua ftructura cautum videtur fuiffe, ne fi latior

---

[1]) *Stylus* (*στῦλος*, item *γραφεῖον, γράφιον, graphium*) ad ceras adhibitus erat aut ligneus aut faepius *ferreus* (cf. Job. XIX, 24), fed et offeus, eburneus argenteusque. Ferreum graphium Caefar fecum portabat, quo Cafcae unius ex fuis parricidis brachium trajecit, ut *Suetonius* narrat (Caef. cp. 82). Cf. Seneca de clement. I, 14. — Stylus, quo infculpebatur aeneis tabulis, *γλύφιον, γλυφεῖον,* latine caelum, celtes, scalprum appellabatur. Cf. *Sueton.* Vitell. cp. 2. „fcalpro librario venas fibi incidit Vitellii patruus."

[2]) „Plurium tabularum contextus *caudex* apud antiquos dicitur, inde publicae tabellae *codices* dicuntur" *Seneca* de brevitate vitae cp. 13. Cf. Colum. IV, 5. Plinius XII, 14. Ifidor. Orig. VI, 13 XVII, 5.

[3]) Stylum *vertere* ad notas expungendas. Cf. *Horat.* Sat. I, 18. X, 72; *Ovid.* Metam. IX, 520; faepius *Cicero.*



pars ſtyli inſtar palae [1]) formata oblique in vagina poneretur, ſtylus ipſe excideret [2]).

§. 6. Praeterea quaevis ternarum tabularum in ſumma marginum contrariorum perforata ſive perterebrata eſt, ita ut aut a parte poſteriore in libellum compingi aut ad tutelam fidemve ſcripturae interioris triplici lino ſive filo interdum aeneo perſerendo conſtringi potuerint.

§. 7. Haec vere ſunt, quae de tabularum forma exteriore interioreque breviter praemonenda duxi. Quibus jam addam, quae de l o c o et t e m p o r e quo repertae ſunt comperta habeo. De qua re Vir ille nobiliſſimus, qui eas emptione ſibi comparatas dum Monaei hoſpes moratur nobiscum liberaliter communicavit, haec ſe a priori poſſeſſore edoctus accepiſſe mihi coram ſignificavit. Triptychum *fagineum* repertum eſſe circa annum ſeptimum hujus ſaeculi (1807) in fodinis Toroczkóienſibus, quae quatuor quinqueve milliaribus ab A b r u d b á n y à diſtant Transſylvaniae vico; *abiegnum* vero in hoc ipſo vico, in rupturis cameratae olim auri fodinae jam per longum temporis spatium non exercitae aquaque ſulphuroſa obrutae delituiſſe usque ad annum 1790.

§. 8. Atque eum quidem vera tradidiſſe ipſa tabularum conditio manifeſte confirmat, nam hodieque veſtigia aquae ſulphuroſae ſiccatae conſpiciuntur, quae inprimis in marginibus atque angulis tabularum reſedit; praeterea aqua illa cerae triptychi potiſſimum faginei colorem luteolum ſive potius nigricantem induerunt.

§. 9. Ceterum tabulae optime conſervatae ad aetatem noſtram pervenere, procul enim dubio mollis illa cerarum materia jam dudum detrita ac deleta fuiſ-

---

[1]) Vel limae, unde limam intendere (*Plin.* epiſt. I, 2), lima polire, exterere, perſequi, limam experiri ultimam. — Altera pars ſtyli acuta erat ſive acuminata ad literas formandas vel imprimendas. Sed haec fuſius explicare longum eſt, neque acta agam. Optime *Lactantius* Sympoſio (Aenigm. I) ſtylum verſibus deſcripſit.

[2]) Stylorum delineationes videas in libro, qui inſcriptus eſt: Neues Lehrgebäude der Diplomatik (Erfordiae) I, 559, depromptas ex *Montefalconii* Antiquit. explicat. (T. III. P. 2, l. 5, cp. 7), ejusdem Palaeogr. graec. pg. 21. Aliae ſtylorum delineationes inesse mihi videntur in *Lysonis* Reliquiis Britannico-Romanis Vol. II, tab. XIV, 10 — 16. — Stylus delineatus in Herm. *Hugonis* de prima ſcribendi origine pg. 85. f. 67 (repetitus in Wilthelmi Diptych. Leodiens. 1659 pg. 12) palae formam habet. Cf. *Maffei* De' Dittici degli Antichi profani e ſacri (Lucae, 1773. 4to.) et Joh. *Clerici* De ſtylis veterum (in *Poleni* Suppl. ad Gronovii Theſaur. antiq. III, 1110) et *Funccii* De ſcriptura veterum (Marb. 1743. 8) pg. 114.

fet, nifi in almo terrae matris gremio reconditae quieviffent, donec poft longum temporis fpatium fepultis laetus refurrectionis dies tandem refulfit.

§. 10. Sed jam de fcriptura ipfa tabularum dicendum eft. Qui pugillares ex *fago* concinnatos tantum leviter infpexerit, in fronte primae cerae aliquot literas *graecas* facile dignofcet. Sed eas fequitur longior feries literarum, quae characteribus admodum miris defcriptae funt. Codex vero *abiegnus*, qui totus literis fyllabis verbis in unam feriem connexis impletus intusque plus feptem figillis fignatus confpicitur, ne a verfatiffimis quidem oculis atque in legendis veteribus lapidibus papyris palimpfeftis exercitatiffimis Peftini, Pragae, Vindobonae, S. Floriani, quo ceras ipfe JANKOVICHIUS apportaverat, nec Lutetiae quidem, quo affimilatas et expreffas miferat, eft explicatus, nec prius quam ille tabulas Monacum ipfe propofiturus venerit, ullus virorum doctorum literarum ductus, quos quidam vel moefogothicos fomniavere, intellexit, nedum verborum fenfum aperuit.

§. 11. Sed equidem, fimulac tabulas intuitus fum, concepi fpem fore ut omnes literarum notas enuclearem et fi res ex voto procederet etiam fenfum. Neque ea me fefellit, poftquam in occultis notis explicandis unum tantum diem confumfi. Quare ut non eft meum magnifice gloriari, ita aliquam certe gloriolam pro oculis ad tales res expediendas acutiffimis propter laboris et infignem difficultatem et fpe meliorem fucceffum vindicare licebit, cum tam brevi temporis fpatio cerarum lectu difficillimarum [1]), id quod ipfe videbis, nullum verbum, nulla litera, nullus apex oculorum aciem fedulitatemque meam effugerit.

§. 12. Quod tamen ita intellectum velim, quantas maximas animus capere poteft, ut gratias tantas agere videar fummo illi Viro, qui doctrina atque ingenio vere infignis ceras fuas legendi, defcribendi, deformandi, denique edendi illuftrandique mihi plenam conceffit facultatem. Quas autem gratias dum ago Viro illuftriffimo animique laetitiam teftificor, id folum mihi dolendum eft, quod cum temporis anguftiis preffus non nifi aliquot dies Monaci commoratus effet, mihi non contigit, ut tabulas *graecanicas* (fi jam nunc hoc verbo uti licet) diutius meis manibus verfarem. Nam proh dolor non nifi tribus quatuorve ultimis ho-

[1]) In delineandis tabulis omifi ut fuperflua cuncta et aquae fulphurofae veftigia et cerae lacunulas et ligni fiffuras, atque folos fcripturae verfus ac ductus reddidi, quo clarior documenti imago eluceat.

ris antequam proficifceretur quafi furtim in iis legendis ftudium collocavi; quod quidem aegerrime fero, quia fi iterum illas ceras infpicere potuiffem, earum quoque fenfum me ad integrum reftituturum fuiffe perfuafum habco, meliusque literas dcformaffem.

§. 13. Nec vero tam gravis haec jactura habenda eft quam primo afpectu videatur, quae enim minus certa atque aperta hic illic relinquenda fuerunt, ea facile cum eadem verba iidemque verfus aliquot locis vel ter repetantur, conjectura divinari ac probabiliter reftitui poffunt. Sed de illis infra accuratius agam, nunc dc codice abiegno *latino* disferere pergam.

§. 14. Ei, qui tales tabulas quas paene rafas dixerim inveftigat, fere accidere folet, ut primum oculorum vel acutiffimorum conatum fingulae literarum notae effugiant et quafi confufione coagulentur, donec pedetentim progredienti prima tandem veftigia lucis ex profunda caligine emergunt. Tale quid mihi quoque accidit. Ac primum quidem prodiere vocabula S c r i p t u m.... f a c t u m.... —p o f i t u f.... i d q v o d.... i n cet. et fpem conjecturamque haud levi momento sublevarunt. Deinde J u l i u m.... V a l e r i u s...., denique etiam a p o l l o n j.... A r t e m i d o r u s.... aliaque cupiditate incenfo emergebant acuebantque et animi ardorem et oculorum aciem, ut denique poft totius diei aeftivi [1]) laborem indefeffum totum protocollum (ut hoc verbo utar) ante oculos jacuerit integrum, juftum, purique ftyli l a t i n i.

§. 15. Ac re vera p r o t o c o l l u m [2]) habemus, cui non defit nec exordium omnes lecturos de actis agendisque certiores faciens nec in fine libelli dies afcripta, quin etiam nomina Imperatoris [*Imp.* (eratore)] et Confulum [*Cf.* i. e. Confule five Confulibus], quibus actum eft, dilucide fubnotata exhibet. — Quid tandem? *Confules*ne denominantur? *Romani* igitur juris documentum fuppeditas? Sane idque optimae formae, pretii vere claffici, fiquidem auri fodinas D a c i c a s in fundo [3]) (fit venia verbo) claffico pofitas fuiffe conceffcris.

---

[1]) *Einen sumerlangen tac.*

[2]) De protocollis five *geftis* actiove neceffariis ad quamque majorem donationem et ad teftamenta publicanda (i. fcribenda) ac recitanda (i. aperienda) cf. *Conradi* Parerg. pg. 439 et *Savigny* Geschichte des römischen Rechts I, 81. Et vide L. 157 cod. Theodos. de decur. et Nov. Theod. tit. 23.

[3]) De *fundis* in Jure Italico *Cicero* pro Balbo 8. Nec mihi elapfus eft ille *Dirkseniï* locus in Obfervatt. ad Tabulae Heracl. partem alteram (Berol. 1817) „de municipiis nequaquam de coloniis formula *fundus* fieri legem romanorum afurpatur" cet. Cf. et *Schweppe* Römische Rechtsgeschichte §. 229.

§. 16. Sed priusquam ad ipſum libellum in integrum reſtitutum transeamus (hoc enim nomine triptychum latinum jam nunc appellare licebit), ſingulare quoddam adhuc praemittendum eſt. Totus libellus in tabulis quatuor a capite ad calcem, a primo usque ad extremum verbum bis ſcriptum exhibetur.

§. 17. Impetu quodam naturali, cui equidem reſiſtere nequivi, ſive potius cum in provincia romana ſemiclaſſica mihi viderer verſari, a genio quodam benigno ac propitio compulſus Hebraeorum more libellum a dextra ad ſiniſtram primum evolvi et ita legere coepi. ac revera verborum ordo in tertia tabula ſive quarta cera incipit atque in tertia cera finem capit, uno orationis tenore nec ulla lacuna interjecta, ut vetus cerarum ſcriptor, quem tabellionem fuiſſe veriſimile eſt, cum ita tabulas tractare ac verſare manibus ejus magis conveniret, extrema cera libellum aperuiſſe videatur.

§. 18. Quae quidem conjectura, ne inter errores vulgares referatur, quales excenti narratiunculis fictitiis adhuc circumferuntur, ſatis ſuperque cautum eſt duplici ejusdem documenti ſcriptura, in qua fere nulla verborum discrepantia invenitur. Alterum enim exemplum orationis non in prima cera initium capit, ſed contra noſtrum morem in ſecunda tabula, atque in prima oratio concluditur. Haec vero omnia conſilio dataque opera ita inſtituta eſſe nemo erit, qui neget.

§. 19. Qua vero re motus vetus libelli ſcriptor idem documentum in eodem triptycho ad verbum bis deſcripſerit (duplex enim exemplum eadem manu ſcriptum eſſe apertiſſimum eſt), id haud ſcio an nemo hodie explicare poſſit, niſi fortaſſis *juris conſultus*.

§. 20. Sed qualicunque re permotus id fecit (quid enim obſtat quo minus ſcriptorem ludimagiſtri ferula id coactum eſſe quis dicat?), agamus maximas gratias fortunae benevolentiae vel potius genio tutelari literarum, quod libellum inſignem duplici exemplo nobis conſervarit. Ita enim quae verba in linea quadam primae paginae raſura cerae ſive potius fiſſura quadam ligni tumefacti prorſus evanuerunt, ex ultima pagina reſtitui poſſunt. Ita nova fides accedit tabularum ſubſcriptioni, ex qua locus et tempus rei actae conſtituitur. ita demum res ipſa novo argumento confirmatur, et literarum notae facilius rectiusque examinari et explicari poſſunt. Quod has attinet, cerae ſecundae anguſtior

illa pars dimidia de qua supra §. 5. diximus, aliquot lineas exhibet virorum nominibus impletas, quorum literae partim unciales partim curfivae fatis funt memorabiles, atque in disputatione pofthac inftituenda nobis infigne adjumentum fuppeditabunt.

§. 21. Haec fere funt, quae de tabularum forma et conditione fatisque in univerfum praemittenda duximus. Jam ut disputationis ratio rite procedat, primo cerarum ipfarum apographum exhibendum erit, quod quidem ita ex utroque exemplo concinnavimus, ut verbis fingulis accuratiffime transfcriptis in fola orthographia legibus, quae hodie obfervari folent, obtemperaremus. Quod ne quis mihi crimini vertat, in appendice totam lectionis varietatem, quamvis fit levis ac fere nulla, diverfasque verborum formas in una margine conjunctas exhibeo.

§. 22. **Descriptum et recognitum factum ex libello qui propositus erat *Alb.* majori ad stationem Resculi. in quo scriptum erat id, quod i(nfra) s(criptum) est.**

Artemidorus Apollonii (filius), **magister Collegii Jovis Cerneni, et *Valerius*** Niconis(f.) et ***Offas*** Menofili, **quaestores Collegii ejusdem — posito hoc libello publice testantur**

ex Collegio s(upra) s(cripto), ubi erant hom(ines) LIIII, ex eis non plus rema(n)sisse [ad] *Alb.* quam quod h(omines) X(II?);

***Julium* Julii (f.) quoque commagistrum suum ex die magisterii sui non accessisse ad *Alburnum*, neque in Collegio; seque eis qui praesentes fuerunt, rationem reddidisse; et si quid eorum (h)abuerat, reddidisset sive funeribus; et cautionem suam, in qua eis caverat, recepisset; modoque autem neque funeraticiis sufficerent neque loculum (h)aberet, neque quisquam tam magno tempore diebus, quibus legi continetur, convenire voluerint aut conferre funeraticia sive munera;**

seque idcirco per hunc libellum publice testantur, ut si quis

defunctus fuerit, ne putet se Collegium (h)abere aut ab eis aliquem petitionem funeris (h)abiturum.

Propositus *Alb*(.)majori. V. (ante) Idus Febr(uarias).
Imp. L AVR VER III et QVADRATO CS.
Actum *Alb*(.) majori.

II.
LIBELLI ARGUMENTUM.

§. 23. En habes monumentum cerale aere perennius memoratuque dignissimum, quamquam de argumento libelli nondum constat. De quo jam ita disputatio instituatur, ut primum de exordio et subscriptione libelli agatur, deinde de tempore quo sit libellus scriptus, tum de literarum notis ductibus flexibusque, in quarum forma argumento et tempori rei actae insigne lumen afferri potest, denique de rebus, de quibus in libello agitur, ac de nominibus et hominum et locorum, quorum in codice mentio fit, quae quidem ad geographiae, historiae, mythologiae antiquae cognitionem augendam haud leve momentum conferunt.

§. 16. Primum igitur, ut modo propositum est, de codicilli exordio agendum est, cujus haec sunt verba: Descriptum et recognitum factum ex libello, qui propositus erat cet. Jam in his verbis termini technici *curiae Romanae* aures feriunt. Libellus, cujus exemplum publicum ante oculos nostros positum est, ad describendum propositus erat ad stationem sive in conclavi scriptorio Resculi cujusdam, qui tabellarius vel potius tabellio [1]) videtur fuisse; quos tabelliones sive scribas publicos una cum

[1]) *Tabularius* (ταβουλάριος) f. *tabellarius*, qui chartas vel tabulas publicas tractabat et archiva curabat conservabatque. *Tabellio* (Ταβελλίων Suid.), qui testamenta vel pacta publicis instrumentis exarabat. Diversi erant magistratuum in urbe et municipiis curiarum *scribae*, tabelliones, libel-

corum adjunctis Imperatores romani in provinciis et fingulis civitatibus aeque ac in Urbe inftituerant ac lege fanxerant, ut eos partes confulerent, iis petitiones traderent, apud eos donationes, transactiones, teftamenta infcriberent.

§. 25. Vis et ufus vocabuli ftatio latiffime patet. Significat enim partem quandam litoris a tempeftatibus tutam, ad quam naves neceffitate coactae appelli poffint [1]); deinde ftabula armentorum et loca ftata curfuum publicorum nec non ancillarum loquacium in foro vel ad puteum conventus; porro militum inprimis excubias agentium praefidia [2]); adhibetur quoque ad notanda loca illa, in quibus publicanorum familiae fedes fuas collocare folebant, unde vectigalia exigerent; denique ufurpatur pro domiciliis five tabernis tabellionum jurisque peritorum. Atqui hi potiffimum tabelliones certas Romae ftationes five caftra [3]) tenuiffe videntur, quibus quovis tempore praefto erant ad munus faciendum de jure informationes quaerentibus. Uti Gellius „quaefitum effe refert in plerisque Romae ftationibus *jus publice docentium* aut refpondentium, an quaeftor ad praetorem in jus venire poffet [4])." In infcriptionibus occurrit etiam „ftatio marmorum, ftatio hereditarium, ftatio vetuftiffima fabrûm navalium Pif. [5])" et in Marini libro, qui infcribitur papyri diplomatici [6]), legimus „Ego Theodofius a. n. Tabell. urb. Rom. habens ftationem in porticum de Subora reg. quarta [7]) scriptor hujus chartulae [7])."

---

liones, notarii, exfcriptores, exceptores, actuarii, chartalarii, commentarienfes, chirographi, fyngraphi, poftea ab foeculo fexto cancellarii, amanuenfes. Cf. Cod. Juftinian L. 1 — 12 (de tabulariis et actuariis). 13 (de tabulariis), Bafilic. VI, 35, 13. — *Mabillon* de re diplom. VI, 619; *Maffei* Iftoria dipl. p. 15; *Spangenbergii* Urkundenbeweis I, 221; *Hofacker* de praerogativa inftr. public. Tubing. 1780 (Opp. I, 238 — 212); *Eschenbach* Diff. de fcribis veterum (Poleni Suppl. ad Gronovii Thes. antiq. III, 856); J. G. *Richter* De tabulariis urbis Romae (Lips. 1736); *Savigny* Gefch. des röm. Rechts I, 85 86; *Brissonius* de verbor. fignific. (v. Tabularius); *du Cange* Gloffar. med. et inf. latin. s. vv.; *Osann* Sylloge inscript pg. 454; *Sponii* Mifcell. 218.

[1]) *Statio* ubi ad tempus ftant naves, *portus* ubi hiemant: ita *Servius* ad Virgilii Aeneid.

[2]) Inde *stationarii* milites, milites ex *statione* (Scriveri Inscr. 217), quos *tum* Auguftum primum *disposuisse* per opportuna loca auctor eft *Sueton.* Aug. cp. 32; cf. *Caesar* B. G. V, 41.

[3]) P. *Victor* de Region. urb. Romae pg. 623. ed Sylburg.

[4]) *Gellius* Noct. Attic. XIII, 13.

[5]) *Gruteri* Corp Infcr. pg. 6, 5. 457, 5. 1031, 5; *Osann* Sylloge infcripl. pg. 454, 170. Dicitur et *statio* imperatoria, *statio* regia (*Ael. Spartian.* in Aelio Vero; *Lamprid.* in Commodo; *Vulcat. Gallic.* in Avidio Caffio 7); etiam „longiffima *mortali statione* functi" (Vellej. Patercul. II, 137).

[6]) Divifa erat Urbs in *regiones*, quae erant aliae aliis temporibus. Vide *P. Victor.* de regionibus urbis Romae et *Bunsenii*, Kaftneri cet. noviff. defcriptionem urbis Romae.

[7]) *Morini* Papiri diplomatici pg. 133. n. 92.

§. 26. His jam argumentis tum ex curia tum ex foro allatis libellum nostrum genuinum esse et vere ex antiquitate profectum magis magisque probatur. Novum argumentum ea quae sequuntur addent. „Publice enim testantur" tres collegii cuiusdam magistratus, ex toto ejus numero, qui fuisse videtur hominum quinquaginta quatuor, remansisse non plus sive decem sive duodecim [1]); „neque quemquam (haec sunt verba) tam magno tempore diebus, quibus leg*i* (jure) contineretur, convenire voluisse aut conferre funeraticia sive munera." Porro quidam, qui commagistri vice fungitur, per magistrum excusatur (sive non excusatur), quod non „ad Alburnum," ubi procul dubio illa fiebat testatio, sed praesentibus aliquot testibus sive collegii sodalibus rationem reddiderit. Inter utrumque vero tabularum textum sunt nomina fere septem (non enim satis liquet), fortasse solemnis ille testium numerus, quem ex lege adscribi oportebat ad confirmanda ea quae agebantur. Id tamen notandum quod hic numerus cum tribus illis magistratibus fere numerum tot efficit hominum, quot ex collegio integro adhuc superasse dicuntur.

§. 27. Habes igitur succinctum quoddam libelli argumentum, quo multum abest ut totam quae eo continetur sententiam satis erutam esse contendam. Sed omisso in praesentia reliqua explanandi conatu, quum jam exordium libelli cognitum teneamus, transeamus ad clausulam, cujus ratio ad tempus quo scriptus fuerit hic noster libellus determinandum maximi momenti esse videtur. Verba haec sunt „***Propositus Alb. quinto die ante Idus Februarias***" i. e. ***nono*** ex nostro tempus notandi more mensis *Februarii*. Sequitur deinde accuratior temporis adumbratio, hisce quidem verbis: ***Act****(um)* ***Alb****(.)majori.* ***Imp****(eratore)* L AVR VER III ***et Quadrato C****(on)s(ule)* [2]).

§. 28. Vides igitur in libello nostro adhuc antiquam per Consules notandi consuetudinem adhiberi, praeterquam quod hoc loco pro altero consule Imperatoris, qui consulis simul honorem munusque sibi assumpserit, nomen positum est [3]). Constat enim primum imperatorem Justinianum, qui et te-

[1]) In utroque cerarum textu post numerum X duo adhuc signa scripta videntur, quae qualia sint non satis liquet, fortasse cum praecedenti X numerum XI vel XII efficerunt. Sive sint XLI ?? De ϟ (i. e. L) graeco vide J. *Francii* Elementa Epigraphices graecae (Berolini 1840. 4to) pg. 44. Sive Koppae sit signum ??

[2]) Sive potius *Consulibus (Css)*.

[3]) Ex cujus reverentia Quadratus alter ille consul solus in tabula scriptus est *Cs*, pro *Css*.

ſtium nomina in libellis publicis addi juſſit [1]), anno p. Chr. n. 537. inſtituiſſe, ut quaecunque vel in Urbe vel in provinciis per tabelliones in uſum publicum conſcriberentur, hujus modi exordio uterentur: „Imperante Divo Auguſto, Imperii anno (hoc vel illo)," *) deinde ut conſules illius anni afferrentur,

*) E. gr. „*Actum* P. Romulea cit. Hispan. *Procos.* Domitiano Veſp. F. *orbi imperante*" (Fragment. e teſtamento Q. Veterii Caſtrici: in *Spangenbergii* Tabulis negotiorum ſolenn. pg. 66 — 67).

denique et indictio [2]), menſis, dies initio praeſcriberentur [3]). Quod Imperatoris edictum omnes inde ex illo tempore libelli, etiam Germanicorum, qui poſtea Italiam ſibi ſubjecerunt, ducum regumque literae publicae ſtrictiſſime ſervarunt, Ravennatenſes praeſertim illae poſteriores [4]); jam enim poſitis ab initio, quae ex edicto poni debebant, in fine repoſitum exhibent: „Die anno imperatore cos. ſſ. [5])" vel „Act. Imper. diae [6]) et p̄. c̄. ſſ. [7])" vel „Act. Ind(ictione) ſſta [8])" vel denique nude „Act. illo [9])."

§. 29. At haec ſeriora tempora atque deteriora Libellum noſtrum Transſylvanum tum propter linguam nondum corruptam [10]) et rationem exordii, quo

---

1) *Novell.* LXXIII, cp. 8. Cf. *Julian.* Anteceſſor. Conſtitut. XLII.

2) *Indictionem* in lapidis epitaphici Inſcriptione minio ſcripta legimus in *Boldetti* Oſſervation. p. 633.

3) *Novell.* XLVII.

4) Apud *Marinum* libro l., *Fantuzzi* Monument. Ravennat. (1801 4.) et *Bernhard* Cod. tradition. eccleſiae Ravennat. (Monac. 1810. 4.). Cf. et *Fumagalli* Cod. diplom. S. Ambroſ. (Mediolani, 1805. 4.)

5) *Marini* l. l. n. 132 (*Spangenberg* Tabul. negot. ſolenn. n. 61). 113. 114. 115. (Spangenb. l. l. n. 49—52.)

6) I. e. *die.*

7) *Marini* n. 114. 115. (Act. Imp. diae et quinquies). 120 (anni 572). 84. 131 (ſeculi 6: „Act. Rav. diae et pc. ſſti."). 80 (ſec. 6).

8) *Marini* n. 122 (a. 591).

9) *Marculf* I, n. 24 et App. Marculfi n. 50.

10) Non eſt ultimum quod invenias in illis V. VI. VII. ſeculi literis publicis „*hic* documentum ſoſcripſi" (*Marini* Pap. diplom. et *Muratori* ſcript. rer. Ital.), quamquam et in priorum ſeculorum marmoribus inciſum occurrit „Jacet in *hoc* tumulum" ſive „*hic* monumentus" (Murator. Theſ. Inſcript. pg. 1527, 3), „*hunc* monimentum" (Orelli Inſcript. n. 4469), „ſi quis ſepulchrum *hunc* violaverit" (Marini n. 439, Pauli Aringi Roma ſubterranea), „qui vixit annus" (ibid.), „partem habeas cum judice traditorem (Murat. 1858, 81, „cum *quem* vixit" (Orelli n. 4689; Kopp Palaeogr. I, 114), „conjugis ſues" (Gori Columbar. libert. pg. 189), „nimium cito deciſiſti Conſtantia mirum pulchritudinis," (Marini n. 236) „duum menſibus" (Boldetti n. 424), „locus ſe biba emit" (Marini n. 406), „qua vix cum maritum ſunt" (Marini n. 480), „amicibus" (Orelli n. 4084), „filibus" (Boldetti 424), „dibus" (i. e. diis: Boldetti pg. 422, Orelli n. 3091. 1676. 1307), „hic jacit" (Orelli n. 1278) „poſit" (Orelli 71. 732. 7475. 3081), „poſieruut" (Or. 5061), „poſeivei" (i. e. poſui: Or. 3906), „ſo" (i. e. ſum: Or. 4810. 4811). Saepiſſime occurrit „Collegius (Murator. 525, 2. 652, 2. (Orelli 4101), 980, 2 (Or. 2413), „*is* collegius" (Or. 4947), „*hunc* collegium" (Or. 4123 = Donat. 2, 237, 8; *Or.* 2413. 4947. (Marini XL). Nota et „in *hunc* teſtantur cum gregim porcorum" (Marini n. 76).

utitur fimpliciffimo, tum quod neque Imperator praeter confules neque annus numeris notatus profertur, minime attingere apertum eft. Imo, quae eft libelli claufula, vel illud tempus confidenter poffumus conjectando transgredi, quo Imperator Conftantinus I n d i c t i o n e m i. e. per quindenos annos numerandi rationem, in literis publicis adhibendam inftituit, primumque annum, ex quo indictiones numerarentur, annum ante Chr. n. tertium effe voluit [1]).

§. 30. Transgreffis igitur annum p. Chr. n. 313. intrare nobis licet in illud temporis fpatium, quo, ut occurrit in antiquiffimorum monumentorum quae exftant reliquiis, C o n f u l u m f o l o r u m ponebantur nomina [2]), quorum jus et honorem induerunt poftea Imperatores [3]). Ultimus autem Conful, cujus nomine p. Chr. nat. utebantur ad tempus notandum, fuit Fl. B a f i l i u s junior, poft cujus confulatum anno p. Chr. n. 541. peractum viginti quinque adhuc anni (usque ad annum 566 p. Chr. n.) numerabantur, donec Imperator tandem Heraclius eam confuetudinem abrogavit.

§. 31. Itaque hoc quidem non jam dubitari poteft, a n t e quodnam temporis fpatium L i b e l l u s nofter Dacicus ponendus fit. Sed propius accedentibus ad C o n f u l u m quae in fine fcripta funt nomina, pofterius illud QUADRATI et frequentiffime in infcriptionibus occurrit et in *faftis confularibus* exhibetur; hi praebent ad annum p. Chr. 93. A. J u l i u m Q u a d r a t u m [4]), eundem iterum confulem ad annum 105 (857 a. U.) A. J u l i u m Q u a d r a t u m II.; porro ad

[1]) Cf. *Nelleri* Indictio temporis nata potissimum duplex. Treviri 1773. 4.

[2]) Varia funt exempla, ut *Jusjurandum Aritiensium* Lufitaniae pro Caligola, anni 37. p. Chr., definens in verba „die V. Id. Maj. in Aritienfi oppido..... Confulibus" (*Gruteri* Corp. Infcript. p. 108; *Maffei* Iftoria diplom. pg. 42; *Orelli* Infcript. n. 3665; *Fabretti* pg. 673, 13); *Donatio Artemidori* facta anno 174 p. Chr. „Actum XVIII. Kal. Jan. Q. Calparnio Flacco, L. Fabro Germano Cff. (*Spangenberg* Urkundenbeweis II, 242, Tabul. negot. folenn. pg. 153 — 155); *Lapis* anni 215 p. Chr. inventus *Albae Juliae* „I. O. M.... Prid. non. Apr. Laeto II. et Cereale Cos" (*Seiverti* Infcript. n. 31); *Lapis* referendus ad annum 238. p. Chr. „I. O. M. Idib. Decemb. Pontiano et Atiliano coff. milites fec. c." (*Ibid.* n. 42) cet. cet. Infcriptiones epitaphicas *Consulum* nomina exhibentes exftant apud *Boldettum* (Offervazioni pg. 78, 1 — 87, 80).

[3]) „Imp. DD. NN. Gallo II. et Volofiano Aug. *Coss.* Isdem Coff. eadem die" (*Gruter.* pg. 1082. cf. *Brummer* ad leg. Cinciam pg. 14), Donatio quaedam anni 252 p. Chr. Teftamentum illud Dafumii ad Viam Appiam anno 1820 repertum, cujus *Fea* primum exemplar communicavit Romae, dein *Pugge* (in Mufeo Rhenano juridico I, 2) interpretatus eft, legitima illa claufula omnino caret.

[4]) Cf. et *Marini* Frat. Arval. tab. XXII. XXIV. et Raph. *Fabretti* Inscript. p. 282; et *Aelium Spartianum* in Adriano cp. 3.

annum 142 p. Chr. L. Statium Quadratum [1]), denique ad annum Chr. 167 (a. U. 920) TITUM NUMIDIUM QUADRATUM [2]), L. Statii illius, quem modo diximus, haud dubie filium, ſicut Ummidium Quadratum [3]), ſocium illum conjurationis contra Commodum initae, hujus T. Numidii fuiſſe filium ſuſpiceris [4]), nec non cognatum fortaſſe Aſinium illum Quadratum, qui eodem tempore vixit, belli Parthici ſcriptorem [5]).

§. 32. Atque T. ille NUMIDIUS QUADRATUS anno ſupra dicto 167. p. Chr. n. Conſul collegam habuit Imperatorem LUCIUM AURELIUM VERUM, tum tertio [6]) Conſulem [7]), quo iterum Conſule bellum Dacicum ſecundum finitum eſt. En igitur tibi explicatam totam Libelli noſtri clauſulam! IMP(eratore) L(.) AUr(.) Ver(.)III(.) eT (T. Ummidio) qVAdrATo C(on)S. [8]).

---

[1]) Lateris inſcriptionem *(Lucio Quadrato Cos.)* Blanchinio (ex Fabretti pg. 501, 52) interpretante. „Lucio et Quadrato"; Donatus (Supplem. Murat. I, 171) refert ad Conſulem *Lucium Quadratum* a. 142. Vide *Relandi* faſt. pg. 40.

[2]) Ita Theod. Janſonii ab *Almeloveen* Faſti Conſulares (ed. *Uhlin*. Amſtelad. 1740. 8.) pg. 140. appellant, Inſcriptio apud Marin. (Fr. Arval. 524) *Ummidium*; pariter *Murator*. 2101, 4. 1500, 27. 497, 16. *Gruter* 183, 11. Similiter avia *Ummidia* Quadratilla (Plinii epist. 6, 11. 7, 24; Marini l. l. 521. 167). *Numidius* fortaſſe ex *Humidio*; ſed exſtant nomina propria Nomidios, Nomiſius, Nommius, Nanoidius cet. In Chronologia Marcellioiana (Lugd. 1591. 8. annexum Ammiao. Marcell. Lugd. 1591. 8.) ad ann. 168. appellatur *T. Vinidius* Quadratus, in graecis denique faſtis, qui apud Almeloven. leguntur, ad annum 167. ſolummodo *Κόδρατος*. Plinius junior (VI, 11.) ſub Trajano laudat *Numidium Quadratum* juvenem ſummae ſpei, ſummae indolis, mirae probitatis et. Alios *Quadratos* legis apud *Marin*. Fr. Arv. tab. XXII. XXIII. XXXIV. XXVII. LVII; in inſcriptionibus apud *Gorium* II, 166. 167. III, 249. n. 284; *Sponii* Miſcell. pg. 5. 62. 259; *Muratori* Theſ. Inſcr. 105, 8. 877, 1. 1178, 5. 1274, 1. 1443, 7. 1778, 34.

[3]) *Κουάδρατος* ſolum in Dionis Caſſii Hiſtoria Romana.

[4]) *Casaubonus* ad Lampridii vitam Commodi cp. 4. (pg. 482. tom. I. Scriptor. hiſt. Auguſt.) ſane hunc *Ummidium* Q., quem Herodianus *νεανίσκον* vocat *εὐγενῆ καὶ πλούσιον*, conſulis illius *Numidii* Q. filium eſſe dicit atque idem Caſaub. ad Jul. Capitolini M. Antonium cp. 7. pro *Mummio* Q. *sororis Marci Antonini* filio ſcribendum putat (ex Muoinio codicum) *Numidio* vel Nomio. *Ummidius* ille juvenis appellatur in Inſcriptt. apud Noriſium (Epoch. Syro-Macedon. Diſſ. III. cp. 4. pg. 182). Cf. *Marini* Fr. Arval. 827. Inſcriptio Aritienſium (apud *Fabretti* pg. 673, 13. *Orell*. n. 3665 praebet Cajum *Ummidium* Durmium *Quadratum* legatum Caji Caeſaris Germanici Imperatoris ProPraetorem, praeſidem Syriae anno 63. — *Umidius* Avitus quidam miles in Inſcript. *Sponii* 253.

[5]) *Jul. Capitolin*. in Vero cp. 8. „Scripſerat Aſinius Quadratus de illo bello et de univerſis Marci Antonini rebus, ut judicant Zoſimus, et Stephanus quoque illius *'Ρωμαϊκῶν* meminit."

[6]) Sive tertium, ut in aere legitur olim Lunae, nunc Bononiae ſervato: „Imperatore Poblio *Licinio Valeriano* Auguſto Tertium et Gallieno ſecundum Conſulibus" (Annali dell' Inſtituto di correſpondenza archeologica Romae 1829. I. II. pg. 179 — 180.)

[7]) Janſon. ab Almeloveen libro anoqoe Idd. Cf. *Marini* Fr. Arval. XLVII. et 514.

[8]) Cf. *Donati* Supplement. Theſauri inſcript. Muratorii I, 170 (ad ann. 167): *L. Aelius Aurelius Verus Aug. III..... Quadratus Coss.*

§. 33. Graeci apud Almelovenum fasti et consulem simpliciter *Κόδρατον* exhibent et Imperatorem nude *Λούκιον* nominant. Plenius vero atque auctius Imperator hic noster appellabatur Lucius Cejonius Aelius Aurelius Commodus Verus Antoninus [1]). Similiter hujus ex adoptione frater, qui Lucium Cejonium nostrum, valde sibi dissimilem, imperii et triumphi socium fecerat, sicut ipse socerum in imperio secutus erat, M. Aurelius cognomine Philosophi insignis, plenius audiebat Marcus Aelius Antoninus Aurelius Verus. Nominum autem horum permultorum [2]) major pars ex adoptionis jure profecta est. Sic Lucius Cejonius Commodus [3]), anno post Chr. 130 natus, Aelium cognomen accepit ex adoptionis lege ab Adriano sancita, Verus et Antoninus appellatus est ex adoptione Antonini [4]).

34. His autem nominibus neque semper omnibus neque iisdem utebantur, sed aliis vitae temporibus alia adhibebant. Occurrit et Lucius Aurelius Verus et L. Aelius Aurelius Commodus [5]), et L. Aelius Aurelius Aug. [6])

---

[1]) *Spartianus* in Aelio Vero cp. 2. hoc ordine exhibet: *Lucius Aurelius Cejonius Commodus Verus Antoninus.*

[2]) Vide *Eckhelii* Doctrinam nummorum veterum VII, 43. 69. 87. seqq.

[3]) Iisdem nominibus *pater* in Fastis consularibus ad ann. 78 et 106. p. Chr. consul. notatur „*L. Cejonius Commodus Verus.*" Cf. *Fabretti* pg. 282; *Sponii* Miscell. pg. 5.

[4]) „*Adrianus* adoptavit *Antoninum* hac lege, ut quemadmodum a se Antoninus adoptatus esset, ita sibi ille adoptaret M. Antoninum fratris uxoris suae filium et *L. Verum*, *Aelii Veri* qui ab Adriano adoptatus fuerat filium, qui postea *Verus Antoninus* est dictus (*Jul. Capitolin.* in Antonino Pio cp. 4. et in Vero cp. 1. et in M. Antonino cp. 5., ubi „ut *Marcum Pius* adoptaret, ita tamen ut et *Marcus* sibi *Lucium Commodum* adoptaret"). „Post excessum divi (A.) Pii a senatu coactus est (M. Antoninus) regimen publico capere, *fratrem* sibi participem in imperio designavit, quem *L. Aurelium Verum Commodum* appellavit, Caesaremque atque Augustum dixit atque ex eo pariter coeperunt rem publicam regere. *Antonini* mox ipse nomen recepit et quasi pater *L. Commodi* esset et *Verum* eum appellavit addito *Antonini* nomine" (Jul. Capitol. in Anton. Pio cp. 7.) „*Marcus Verum* vocari praecepit, suum in eum transferens nomen, qui ante *Commodus* vocaretur" (Ibid. cp. 1.) „*Lucius Aurelius Verus* dictus sed ex Adriano ascitus in *Aeliorum* familiam h. e. in Adriani transscriptus et appellatus est Caesar" (Ael. Spartianus in Aelio Vero cp. 2). „Huic pater *Cejonius Commodus* fuit, quem alii *Verum*, alii *Lucium Aurelium*, multi *Annium* praedixerint" (Id.). „Marcus Antoninus .... pater *Annius Verus*", (J. Capitol. in M. Antonin. cp. 5). „Tunc primum pro *Annio Aurelius* coepit vocari, quod in *Aureliam* h. e. Antonini adoptionis jure transisset." Galenus (*περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων*): *Τὸν μὲν ἔμπροσθεν ὀνομαζόμενον Λούκιον κοινωνὸν ἐποιήσατο καλέσας Βῆρον, ἑαυτὸν δὲ μετωνόμασεν Ἀντωνῖνον.* Et cf. ejusd. *Πρὸς τοὺς περὶ τύπον γράψαντας.*

[5]) *Gruteri* Corp. Inscript. pg. 64, 7. 9. 69, 9. 76. 77, 3. 262, 1. 3001. „Imp. Caes. L. Ael. Aur. M. Commod." (*Muratori* 249, 5 355).

[6]) *Orelli* Inscript. n. 879 — 896. — *Gruteri* pg. 76.

et L. Aurelius Commodus [1]), alias L. Aelius Verus [2]), et L. Aelius Aurelius Verus [3]), item Aurelius Verus Commodus [4]), nec non L. Aelius Imp. [5]) reliq.

§. 35. Similiter MARCUS frater modo notatur M. Antoninus Verus [6]), modo M. Aurelius Antoninus [7]), modo M. Aelius Aurelius Antoninus [8]); invenitur etiam M. Aelius Aurelius [9]), vel M. Aelius Aurelius Verus [10]), haud raro M. Aelius Antoninus, nonnunquam fimplicius Marcus Aurelius [11]), Marcus Antoninus [12]), Aurelius Antoninus [13]); nec defunt loca, ubi omnino nude appelletur Antoninus [14]), Aurelius [15]), Verus [16]); plerumque vero occurrit MARCUS AURELIUS VERUS [17]), quam ipfam nomina eligendi rationem frater quoque imitatus, tum in infcriptionibus, tum in claufulis literarum publicarum, tum in nummis [18]) five una cum Marco

---

[1]) *Orelli* n. 879. 3347.

[2]) Fafti Conful. ad ann. 137: „L. Ael. Verus Caefar II."

[3]) *Λ. Αἰλ. Αὐρήλ. Οὔηρος Καῖσαρ.* Vide J. *Franzii* Elementa Epigraphices graecae (Berolini, 1840). pg. 290. 292.

[4]) *Gruter*. pg. 113, 2 (ann. 179. p. Chr.)

[5]) *Gruter*. 61, 8.

[6]) *Gruter* 258, 6; Hifpan. illuftrat. I, 1157, 1159.

[7]) *Maffei* Muf. Veron. 458, 6. 9. 254, 5; *Maffei* Gall. antiq. pg. 170; *Boldetti* Offervazioni fopra i cimiterj de' SS. Martiri ed antichi chrift. di Roma pg. 277; *Schöpflin* Alfat. illuftr. I. 553; *Reinesii* Synt. infcript. 338, 39. 334, 83; *Sponii* Mifcell. 341 (*Μάρκον Αὐρήλιον Ἀντωνεῖνον*); *Marini* Frat. Arval. tab. XXX; *Orelli* Infcriptt. n. 4997. 1873. 4116. 3487. 3364. 3356. 3347. 3186. 876. 868. 861. 860. 859 cet.

[8]) *Orelli* Infcriptt. n. 858.

[9]) *Marini* Fr. Arv. tab. XXIX.

[10]) Fafti Confular. ad ann. 137 (Caef. II.); *Gruter* 300, 1 (Caef. III); *Murator*. 239 (= *Orelli* n. 887), *Maffei* Muf. Ver. 368.

[11]) *Gruter* 76; *Sponii* Mifc. 269. 329. (*Μάρκον Αὐρήλιον σεβαστόν* et *Λούκιον Αὐρήλιον σεβαστόν*); *Orelli*. not. 866. 870. 871. 872. 1285. 1332. 1635. 2156. 2888. 3122. 4133. 4247.

[12]) *Orelli* Infcript. n. 862.

[13]) *Orelli* n. 3574.

[14]) *Orelli* n. 3393. 4998.

[15]) *ΑΥΡΗΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ.*

[16]) *ΟΥΗΡΟΣ ΚΑΙΣΑΡ.*

[17]) *Gruter* 251, 10. 255, 1. 875, 1; *Reines*. 309, 26; et M. *ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΒΗΡΟϹ* vel *ΟΥΗΡΟϹ*.

[18]) *Eckhelii* Doctrina nummorum veterum VII, 89. 96.

fratre [1]) five *folus* [2]) appellatur LUCIUS AURELIUS VERUS. Et his ipfis nominibus etiam in libello noftro exhibetur.

§. 36. Itaque hoc quidem ex temporum ratione patet, libellum noftrum non effe attribuendum ferioribus feculis, tantumque profecimus inveftigando, nifi forte fuppofiticius cuipiam videtur, ut dubitari non poffit referendum effe ad eum annum, qui bellum Marcomanicum proxime antecedit. Sequente anno L. Aurelius Verus cum Marco fratre Antonino ex Urbe profectus ad bellum illud perniciofum cruentumque morbo mortuus eft in Italia, anno p. Chr. n. 169, vitae quadragefimo fecundo, imperii undecimo [3]).

§. 37. Tam magno igitur tempori Libellus nofter, ut ejus verbis utar, adjudicandus eft, cerarum omnium omnibus mufeis usque ad hoc tempus fervatarum maxime notabilis et antiquitate longe praeftantiffima.

---

[1]) *Gruter* 156, 7. (M. Aurel. et *Luc. Aurel. Verus*). 253, 2. 255, 2. 258, 4. (M. Aurel. Antonino et Aug. *L. Aur. Vero*); *Orelli* 4997 (M. Aurel. Anton. et *L. Aurel. Verus* Aug.; ab altera parte: Imp. Aug. *Antonini* et *Veri* Imp., ut 4998: Imp. Aug. Antoninus et *Verus*; 3186: Imp. Antonino et Divo *Vero* Aug.); *Vignoli* de Columna Antonin. pg. 52 (Imp. Caef. M. Aurel. Antonino Aug. III. et Imp. Caefare *L. Aurelio Vero* Aug. II. Cos.); *Seivert.* Infer. Dacic. n. 25 (M. Aur. Ant. Aug. III. et Imp. Caef. *L. Aur. Ver.* II. Cos. anno p. Chr. 161, in lapide invento *Albae Juliae*, Viennam deducto anno 1723); *Reines.* 309, 27; *Maffei* Muf. Veron. 249, 8. 456, 6. 467, 2; *Muratori* Thef. Infcr. 7, 7. 212, 1. 324, 3, 335. 2, 3; *Donati* Suppl. ad Murat. Thef. I, 148. 8; *Marini* Frat. Arval. tab. XXXV. (M. Aurel. Anton. Aug. et *L. Aurelio Vero*); *Montfaucon* Diar. ital. pg. 71: „Vidi Venet. in Mufeo Tarvifiano figillum plumbo expreffum *M. Aurelii* ex una, *L. Veri* ex altera parte vultum exhibens, qualia annecti folent diplomatibus.

[2]) *Gruter* 257, 11. 258, 2. 3; *Maffei* Muf. Veron. 445, 7; *Murator.* Thef. 141, 36. 142, 2. 189, 1. 228, 6. 240, 3. 451, 5. 6. 520, 5. 7. 11. 21, 7. 2008, 8; *Donati* Suppl. I, 144, 3; *Gori* Infcript. antiq. etrufc. I, 310, 51; *Maffei* Gall. antiq. 65 (= *Orelli* 8. 73). 70 (= *Or.* 3682); *Orelli* 874. 875. 876. 4197; *Sponii* 268. 310 (*Λούκιον, Αὐρήλιον, Οὐῆρον σεβαστόν*); *Montfaucon* Diar. ital. pg. 23; *Marini* Infcr. antiq. alb. Simpliciffime fratres conjuncti nominantur *Divus Marc* et *Luc. Verus*, *Divus Marcus* et *Verus*, *Divus Marcus* et *Lucius Imp.*, *Divus Antoninus* et *Verus*, Imp. Antoninus et *Divus Verus*, *Divus Marcus cum fratre, Divi Fratres.* De quibus cf. *Orelli* n. 868. 39. 869. 887. 878. 3186; *Gronovii* Diff. jurid. ad quatuor. fragm. quae ex Aelii Marciani primo vulgarum libro in pandect. fuperf. (Lugdun. Batav. 1759. pg. 647. in T. II. Fellenbergii Jurisprud. antiq. Bernae 1781. 4). *Divus Verus* folus legitur in lapide, qui in templo quodam Valacharum pagi Radimorae erat, referendus ad annum 174. p. Chr. illo jam mortuo; fimillime in *Maffei* Muf. Veron. 249, 19.

[3]) *Jul. Capitolin.* in Vero Imperat. cp. 11.

III.

CERAE.

§. 38. **E**tenim cerae ſimiles, quae noſtras aut argumenti gravitate aut temporis antiquitate aequent, omnino nullae exſtant; ſi quidem omnes, quae, quod equidem ſciam, nunc nobis cognitae ſuperſunt tabulae ceratae in feriora imo infima reponendae ſunt ſecula eaque chriſtianorum hominum vel etiam monachici cultus.

§. 39. Harum quae remotiſſimum tempus attingunt, annum poſt Chr. n. 1301. non ſuperant. Sunt enim cerae illae in Muſeo Ducali *Florentino* ſervatae, quibus commentarii quidam de itinere regis Philippi Pulchri in Flandria facto inſunt [1]. — Ad has proxime accedunt aliae de ejusdem regis itinere Gallico ſpectantes ad annum paulo poſteriorem 1307, quae ſunt in Monaſterio Galliae *S. Germanenſi* [2]. — Porro ſervantur cerae quaedam anni 1308 Coloniae Allobrogum ſive *Genevae*, indicem ſumtuum ab eodem rege varias in res factorum exhibentes [3]. — Alias ejusmodi ceras habet bibliotheca regia *Dresdenſis*, quibus vectigalium index ineſt Lipſienſium ex anno 1426 [4]. Item cerae duodecim anni circiter 1428 aſſervabantur in curia *Hanoverana*, quae in medio aſſerem planiorem cera non collitum habent [5]. Alias habet bibliotheca regia *Monacenſis*, in quibus quaeſtor quidam Canoniae *Pollinganae*, quae eſt in Bavaria, ſumtus inde ab anno 1431 usque ad annum 1442 factos ſermone Germanico perſcripſit [6]. —

---

[1] Vide D. Antonii *Cocchi* Lettera critica ſopra un manoſcritto in Cera. (Florentiae 1746). Cf. Deutſches Muſeum 1786, Novemb. pg. 47.

[2] Neues Lehrgebäude der Diplomatik (Erfordiae, 1759) I, 483. 491 (cum delineatione). Cf. *Montfaucon* Palaeograph. graeca pg. 16.

[3] Haller Bibliothek der ſchweizeriſchen Geſchichte (1785) II, 24. 76. In quibus tabulis et alia notabilia et hoc inprimis occurrit: „pro *ludo* die *nativitatis domini* florenos Pariſinos valentes XVIII. libras (perdidit rex) — pro oblationibus et pro *ludo*."

[4] Exeunt verbis „Hic . . . . ſub magno Conrado . . . . Ao. MCCCCXXVI." Volumen eſt decem tabularum ceratarum (M, 18). Cf. *Falkenſtein* die Hofbibliothek zu Dresden. 1839. 8.

[5] G. F. *Wehrs.* Von Papier (Halae Saxon. 1789) pg. 29 — 32.

[6] E. g. „Anno dni. CIƆ° CCCCXXXII feria prima poſt Katherine han ich daz pett gebant geſchü cet." Inſunt vocabula multa non indigna quae a lexicographo reſpiciantur, ut gaſtkamer, muſſhawe, ſtaingadem, ſämrey, mairhof, terhaws, ſcheiawn cet. De his tabulis *Schmellerus* v. n. d. in Academiae Bavaricae conſeſſu die 2. Jun 1832. ſermone germanico orationem habuit.

Simillimae cerae servantur in bibliotheca monasterii *Claustro-Neoburgensi* in Austria [1]). — Aliae olim in curia fuerunt *Norimbergensi*, quas dux quidam Gallicus Andréossy anno 1800, die XIV. mensis Octobris secum abstulit [2]). — Aliae porro *Helmstadii* [3]), aliae *Goslari* [4]), aliae *Halae Saxonum* [5]). Aliae etiam *Lignitii* in Silesia, aliae *Sagani* [6]), aliae *Faueri* [7]). Item *Berolini* in bibliotheca regia, *Regiomonti* in archivo [8]), in hospitio publico Austriaco *Ens* cet [9]).

§. 40. Verum hac omnes, quas enumeravimus, cerae non nisi aut notitias quasdam de fundis aliisque possessionibus aut res rationesque privatas continent, fereque omnes quintum decimum vix superant seculum, et nunc quoque ut medii aevi temporibus salinatores *Halae Saxonum* tabulis ceratis tali modo utuntur [10]).

§. 41. Prioribus quidem seculis S. Willibaldus vitam S. Bonifacii primum in ceratis tabulis conscripsisse, quae postea in membranas transscriberetur, traditus est, ipsumque Carolum Magnum Imperatorem tentantem scribere tabulas et codicillos ideo in lectulo sub cervicalibus circumtulisse Einhardus suus auctor est [11]).

---

1) Tabulae sunt maximae; insunt rationes (raitungen) seculi decimi quinti; e. gr. geltschuld Peter Rewts, geltschuld Jörg Sweimwarts.

2) *Murr* Nürnberger litterarische Blätter (1803) III, 109. Mem. bibl. Nor. I, 219.

3) *Uffenbach* Reisen I, 229.

4) *Heineccii* Antiquitt. Goslar pg. 221.

5) *Wehrs* l. l. et *Gundling* Discours über die Hindernisse der Gelahrtheit I, 294.

6) *Graeteri* Iduna 1813, pg. 75. 85.

7) Hisce insunt res juridicae seculi XIV. XV. Cf. *Graeteri* Iduna 1813, pg. 14. 75. et C. F. E. *Fischer* Geschichte und Beschreibung der schlesischen Fürstenthums Hauptstadt Jauer.

8) *Kehrberg* pg. 46.

9) Cf. *Grohmann* Annalen der Universität Wittenberg III, 250. *Peignot* Diction. de biblioth. II, 281.

10) Quas *Haselmannus* descripsit. Vide *Graeteri* Bragur. III, 524.

11) *Eginhardi* Vita Caroli M. cp. 25, ex quo poeta Saxo V, 233 et Eckehardus Jun. de Casibus M. S. Galli (in Goldasti script. rer. alaman. I). Cf. Chron. Gotvic. I, pg. 11. — *Notkerus* in Boeth. 170. tradit „ube ich mit minemo *grifele* an einemo *wahse* *gerizo* formam animalis," et in Cap. 56, „sô waxton sie (parcae) iro *griffela* unde *bláotne* iro *tabellas*."

Poeta germanicus seculi XII. *Henricus Glichesaere* monialem scribit finxisse abbatissam: „des wart der ebtissinne lip Zebliven unz an den tôt. *Mit griffeln* tâlen si ir grôze nôt;" et *Nithardus* poeta (Benecke Beyträge II, 347): Der getrat ich leider sifô nâhen Daz ich ûz ir hende ein *glesin grifel* nam . . . Daz wart ir gekoufet, *in der krâme stuont ez veile.*" In *Hartmanni* de Owe poesie Erek 1415. puer fatetur: Sô mac mich ze den buochen wente: Wie fêre sich min herze fente Und min gedanc spilte Gegen einem schilte! Ouch was mir ie vil ger Für den *griffel* zuo dem sper, Für die feder ze dem swerte. Dicebatur *griffel*, *greffel*, *grifel* et prius *graf* (graphium). Cf. et *Henrici de Veldecke* Aeneid. v. 10452; Flore 1320. 1329.

§. 42. Sed ex tota annorum ferie, quae inter feculum chriftianorum quartum decimum et feculum poft Chriftum natum fecundum intercedit, nullae usquam cerae exftant [1]).

§. 43. Nunc vero quemadmodum Pompeji urbs illa tamdiu occulta et obruta antiquiffimorum temporum reliquias edidit fere integras, quales nemo unquam ante viderat, nemo fperaverat, fic in Tranfylvania panditur auri fodina Romanorum antiquiffima per tot fecula fitu foedata et aqua demerfa, fimiles proditura thefauros. Reddunt montium latebrae antiquorum hominum quafi manes refurgentes, reddunt luci libellos vetuftate venerabiles vereque aureos, proque carbonibus, quos fortaffe ille qui invenit e fodina quaerebat parvulum lucrum fe facturum fperans, infcius eruit thefaurum auro potiorem. Atque hoc non minus feliciter contigit, quod Vir vere eruditus, qui pretium libellorum agnofceret, emptione fibi paravit ficque ab interitu fervavit.

§. 44. Sed his in diverticulis diutius fortaffe quam par erat verfati repetamus in quaeftione noftra viam tritam et videamus, quae fit natura tabularum noftrarum, fi refpicimus ad ufum forenfem. Nunc igitur eundum nobis ad tribunal et tu amice lector in jus fequere.

§. 45. Procul dubio argumentum libelli noftri in aere incifum vel in tatabulario vel apud tabellionem depofitum erat, cujus exemplar in ceram transfcriptum pugillares noftri exhibent. Similia noftris quoque temporibus exftant literarum publicarum exemplaria; quamquam non in cera defcripta, fed vel tabulis aeneis vel lapidibus incifa, quae ad noftram quaeftionem haud parum lucis afferunt.

§. 46. Tabulis praefertim intelligo honeftae juftaeque miffionis militibus emeritis [2]) ab Imperatoribus, quibus omnibus inter fe fimillimis nec deeft temporis accuratior determinatio, nec defunt nomina Imperatorum, Confulum. Imo claufulam quoque praebent exordio illi, que cerae nostrae utuntur fimillimam.

---

[1]) Solummodo in fimulachris parietum depictis: cf. *Pitture* antiche d'Ercolano T. V, tab. f. p, 371. (libretto bipatente) et in *Boldetti* Offervaz. pg. 334.

[2]) In lapidibus Rhenanis anni 213 p. Chr. n. (in *Steineri* Codice infcriptionum romanarum Rheni. Darmftad. 1837. n. 239. 412) legitur „*miffus honefta miffione*. Cf. *Gruter*. 516, 4. et *Hauboldi* Opufcula academica (1829) II, 783 — 896.

§. 47. Finiunt enim omnes in verba „**Defcriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa eft Romae**[1]);" pergunt deinde five „*in Capitolio Aedis Fidei* Populi Romani parte dexteriore [2])" f. „*in Capitolio poft Aedem Fidei p. r. in muro* [3])" five „*in Capitolio* in podio Arae Gentis Juliae [4])," in altera paginarum exteriorum additis „Latere dextro ante Signum Liberi Patris," five „*in Capitolio* ad Aram Gentis Juliae deforas podio finifteriore Tab. T. Pag. II. Loc. XXXXIIII [5])," five „*in Capitolio intro* exeuntibus ad finiftrum in muro inter duos arcus [6])," five denique „in muro poft templ. Divi *Aug. ad Minervam* [7])."

§. 48. Harum igitur miffionum tabulae [8]) quas dicunt, authenticae in

[1]) Sicuti leges aeneis tabulis incifae clavis ferreis affigebantur parietibus. *Cf. Ovidii* Metamorph. I. Decretum decurionum Gabinorum (anni p. Chr. 140) finitur hisce verbis: Hoc decretum poft tres relationes placuit in *tabula aenea fcribi et proponi* in publico, unde de plano recte legi poffit." (*Haubold* monumenta legalia juris romani ed. Spangenberg 1830 pg. 245). Decretum *Collegii* Fabrum tignariorum habet „*tabulamque aeneam* hujus decreti *noftra fcriptura adfigi praecipiat* (Annali dell' Inftituto di correfpondenza archeologica. Romae 1829. I. II. pg. 179 — 180).

[2]) Tabulae *Claudii*.

[3]) Tabulae *Vefpafiani* Vindebon.

[4]) Tabulae *Vefpafiani*.

[5]) Tabulae *Vefpafiani* (Grut. 573, 1).

[6]) Tabulae *Vefpafiani* Jankovichianae.

[7]) Tabulae *Trajani*, *M. Aurelii Antonini*, *Antonini Pii*, *Philipporum*.

[8]) Superfunt: a) TITI CLAUDII (anni 52. p. Chr.) unum par inventum anno 1750. *Cf.* De' bronzi di Ercolano (Napoli 1767) praef. pg. XVII, depict. tab. XXXI, Antiquitt. Herculan. V. pg. XXXIX. XLI, *Martini* Antiq. monum. fylloge altera pg. 101, *Donat.* pg. 459, *Marini* Frat. arval. II, 448. tab. I, *Platzmann* Juris romani teftimonia (Lips. 1818) tab. I, *Spangenberg* Tabulae negotiorum folem. tab. I. — b) GALBAE (a. 68) Florent in Mufeo Mediceo: ligno incifum par in *Gori* Infcript. Etrusc. I, 257. III. 141; *Maffei* Stor. diplomat. 30, Muf. Veron. 97 — 99, *Marcelli* de ft. infer. pg. 189, *Muratori* Thesaur. I, 306, *Sponii* Mifcell. 239, *Marini* l. l. II, 419. tab. II. *Orelli* Infcriptt. n. 737; *Platzmann* l. l. tab. II, *Spangenberg* l. l. tab. II. — c) GALBAE (a. 68) par inventum in praedio Caftelli ad Mare prope Neapolim, anno 1728: *Maffei* Muf. Veron. pg. 485, Storia diplom. 30, Verona; illuftr. V, 270. 271; *Gori* III, 150, Ars crit. lapid. 16, Neues Lehrgebäude der Diplomatik III, 121. XXIV; *Marini* l. l. II, 450. tab. 3; *Platzm.* tab. III, *Spangenb.* tab III. — d) VESPASIANI (a. 70) Refinae anno 1746 repertum, Neapoli in Mufeo Herculan. fervatum: Antiquitt. Herculan. V, XLIII. praef. XXIX; *Marini* II, 452, tab. IV, depict. ad pg. 440; *Donati* 460; *Katanchich* Iftri adcolarum geographia vet. (Budae 1826. 4.) I, 357; *Platzm.* t. IV; *Spangenb.* t. IV. — e) VESPASIANI (a. 71) Romae repertum et ibidem in Mufeo Barberino adfervatum: *Lipsius* ad Tacit. Hiftor. II, 100; *Brotier* Tacit. III, 447; *Gruter* 573, 1; *Lucii* Infcr. Dalm. 6, *Sponii* Mifc. 215; *Morcelli* pg. 191; *Marini* II, 454. tab. V; *Katanchich* l. l. I, 358; *Platzm.* t. V; *Spangenb.* t. V. — f) VESPASIANI (a . . .) item par, *Jankovichianarum*, in Mufeo N. Pefthini, erutum in agro Sikaner comitatus Wefzprimienfis Hungarici: depict. in „Tudományos Gyüjtemény 1833. Vol. I. Jan. et Celest. *Cavedoni* Notizia e dichiarazione di un diploma militare dell' Imperadore Vefpafiano nuovamente trovato in Ungheria (Modena 1835. 8.). — g) VESPASIANI (a 79) tabularum par nuperrime repertum fub monafterio Clauftro-Neoburgenfi (l. c. Cetii) prope Vindoben. Defcriptum in

templo plerumque deorum deponebantur; in his enim erant tabularia [1]), ne qua fraus fieret reipublicae tabulis ſuppoſiticiis. Atque inprimis tabularium illud

---

Wiener Jahrbücher der Literatur (Vindob. 1839) Tom. LXXXVI, II. Anzeigeblatt pg. 63 (ubi *bis* legas" *VIII.* Imp. XV. pp.) — h) *Domitiani* (a. 68) ex Oriente: *Amadutius* in Anecdot. litter. Rom. I, 460, Giornale di Piſa XIV, 291; *Spalleti* Dichiarazione di una tavola oſpitale pg. 139; *Marini* II, 456. tab. I; *Donati* pg. 461; *Platzm.* t. VI, *Spangenb.* t. VII. — i) *Domitiani* (a. 92): *Gruter* 574, 5; *Marini* II, 462, tab. VII; *Platzm.* t. VII; *Spangenb.* t. *VIII.* — k) *Domitiani* (a. 93) Florent. in Muſeo Mediceo: *Gori* I, 69; *Panvini* Faſt. ad n. 846, *Zaccarii* Marmora Salonit. pg. XVII, *Donati* pg. 160; *Gruter* 574, 5 6; *Marini* II, 453, tab. VIII; *Platzm.* t. VIII, *Spangenb.* t. VI. — l) *Traiani* (a. 109): *Labus* Ara antica pg. 33; *Lyſonii* Reliq. Brit. Rom. I, IV, II, *Hauboldi* Opuſcul. acad. II, 868. — m) *Traiani* (a. 106): *Labus* Ara ant. 36; *Lyſon.* tab. I, *Haubold* Opuſ. II, 870. — n) *Traiani* (a. 112): *Ligerii* Comment XXVII. dell' antichità f. 20, Vol. XV; *Vernazza* Memoria della reale academia di Ticino XXIII, Adp. I, IX. pg. 138; *Haubold* opusc. II, 872. — o) *Traiani* (a. 117): Archaeologia or Miſcellaneous Tracts relating to Antiquitis (Lond. 1815. 4.) Vol. XVIII, 1, pg. 438; *Haubold* opusc. II, 803 — p) *Hadriani* (a. 129) prope Cremonam repertum, Romam allatum, inde Venetiam: *Fontejus* de Gente Fonteja pg. 104, *Fabretti* Inſcr. 507, *Gruter* 573, 2. 574, 1. 2; *Marini* II, 460. tab. IX; *Platzm.* t. IX; *Spangenb.* t. IX. — q) *Hadriani* (a. 129) fragment.: *Gruter* 574, 3; *Marini* II, 463. tab. X; *Platzm.* t. X; *Spangenb.* t. X. — r) *Hadriani* (a. 134): *Vernazza* Memoria XXIII, pg. 83 — 127, Adpr. I, X. p. 140. — s) *Hadriani* (a. . . . .) repertum regione Veſprimienſi: *Weſzpremi* Biographia ſuccincta medicor. (Vindob. 1781) II, 438; *Vernazza* Adpr. I, XII, pg. 141; *Katanchich* I, 359; *Haubold* Opuſc. II, 880. — t) *Hadriani* (a. . . .) fragm. repertum in Ealesfield prope Sheffield: Soviett. Antiquitt. — u) *Antonini* (a. 146) repertum Veſprimienſi regione, a. 1785, Vindoboni in Muſeo Caeſareo adſervatum: *Eckhel* ſyllaga nummor. veter. (1788) I, 116; *Katanchich* I, 361, *Weſzpremi* II, 148; *Schönwisner* Comment. geogr. in Romanorum iter per Pannoniae ripam (Budae 1780) II, 121; *Vernazza* Mem. 101, Adp. I, XII, 142; *Haubold* Op. II, 882; *Marini* II, 464, tab. XI; *Platzm.* t. XI; *Spangenb.* t. XI. — v) *Antonini* (a. 146) Vindoboni in Muſeo Caeſar. n. 32 ex anno 1836, nondum deſcript. „iis qui militaverunt claſſe pratoria *miſenensi*" (ut *a* et *p*) claſſe *Ravenn.* (*c*), claſſe Flavia Moeſia (*i*), claſſicis Aegypta (*h*). — w) *Antonini* (a. . . .) Vindoboni in Muſeo Caeſar., nondum deſcript. („*qui* millia alis III quae [. . . net gall et pann."] etc.) — x) *M. Aurelii Antonini et L. Veri* (a. 165): *Weſzpremi* II, 442; *Katanchich* I, 363; *Vernazza* Mem. 85, *Haubold* II, 888. — y) *M. Aurelii Antonini* (a. 165) Patavii adſervatum: *Marini* II, 466. tab. XII; *Platzm.* tab XII; *Spangenb.* tab. XII. — z) *M. Aurelii* Fragm.: *Gruter* 1032, 6; *Maffei* Muſ. Veron. 349. — aa) *Gordiani* (a. 243) Lugduni anno 1780 repertum: *Marini* II, 466, tab. XIII; *Platzm.* tab. XIII; *Spangenb.* tab. XIII — bb) *Philippi* (a. 247 quondam Neapoli, nunc in Antiquario regio Monaconſi: *Marini* II, 467. tab. XIV; *Sponii* Miſc. 244; *Poleni* Supplem. Theſ. Murat. IV. 1135; *Fabretti* Col. Traj. pg. 96, Inſcr. 687; *Bellori* Veſtigia vet. R. tab. III, *Platzm.* t. XIV; *Spangenb.* t. XIV; *Thiersch* in Jahresbericht der k. b. Akademie der Wiſſenſchaften (Monaci. 1827) pg. 24 — 28. — cc) *Philippi* (a. 248) alterum par, Modenae ex a. 1724. reſervatum: *Maffei* Antiq. Gall pg. 4 5, Muſ. Veron. pg. 325; *Sponii* Miſc. 244; *Murator.* Theſ. 362, 1; *Brotier* Tacit. II, 457; *Marini* II, 468, tab. XV; *Platzm.* t. XV, *Spangenb.* t. XV. — dd) *Fragment.* tabulae: *Smet* Antiq. Neomag. pg. 90; *Marini* II, 468. tab. XVI; *Spangenb.* t. XVI. — ee) *Fragm.* tabulae in agro oppidi Hungarici Adeny ad Danubium ſiti anno 1830 erutum.

[1]) Erant *tabularia* (chartophylacia, grammatophylacia, tablina, archiva cet.) Romae in templis Nympharum (cf. *Cicero* Mil. 27), Lucinae, Juventutis, Libitinae, Cereris et Veſtae, Saturni (Plutarch. Prob. 41), in *Capitolio*. Cf. A. *Bariſon* de Archivis cp. 5. 8. 9. 10. et B. *Boniface.* de Archivis (in *Poleni* Supplem. ad Gronovii Theſaur. I).

in templo *Jovis Capitolini* cura Imperatorum adminiſtratum atque auctum, marmoribus et tabulis aeneis refertiſſimum erat, quo per Vitellianos combuſto cum tabularum tantum aenearum praeter reliquum damnum tria millia igne liquefacta eſſent, Veſpaſianus omnibus, quae apud privatos hic illic ſervabantur, exemplaribus diligentiſſime conquiſitis theſaurum illum inſcriptionum quantum fieri potuit reſtituit, „inſtrumentum, ut verbis Suetonii utar, Imperii vere pulcherrimum ac vetuſtiſſimum, quo continebantur paene ab exordio Urbis ſenatusconſulta, plebisſcita, de ſocietate et foedere ac privilegio cuicumque conceſſis [1])," donec Domitiano imperatore Capitolium iterum igne periit.

§. 49. Itaque e tabulariis ſive archivis publicis ſaepiſſime tabularum authenticarum, quae in ſcriniis [2]) includebantur, d e ſ c r i p t i o n e s (ἀναγραφάς) in uſum privatum petebant, ſicut e. gr. in Novella XLVI. occurrit. „Si vero etiam ex publicis archivis p r o f e r a t u r charta velut de ſuscepto d e ſ c r i p t i o cet." Exſtat e tempore paullulum recentiore, quam quo cerae noſtrae ſive ſcriptae ſive deſcriptae ſunt, inſcriptio quaedam in *marmore* Smyrnae reperto, in qua S e x t i l i u s quidam A c u t i a n u s ab Imperatore A n t o n i n o P i o, quem anteceſſorem noſtrorum Marci et Lucii Aureliorum ſupra laudavimus [3]), d e ſ c r i p t u m ſive apographum petit conſtitutionis ſive ſententiae, quae ab ipſius anteceſſore Adriano in favorem data petitoris ejusdem in archivo depoſita erat. Reſponſum Antonini Pii hoc eſt: „Imp. Caeſar T. Aelius Adrianus Antoninus Auguſtus Sextilio Acutiano ſententiam Divi patris mei ſi quid pro ſententia dixit, d e ſ c r i b e r e t i b i p e r m i t t o [4])." Atque ſubſcripſit porro tabellarius ſive chirographus „Reſcripſi recogn(ovi). Undevicenſimus [5])." Concluditur inſcriptio

---

[1]) *Suetonius* in Veſpaſiano cp. 8; *Appian.* Syr.; *Plin.* H. N. XXXIII, 7. — Eodem modo in arce Athenarum magnum quaſi vallum inſcriptionum fuit, unde haud raro in decretis praeceptio *ἐν Ἀκροπόλει.* (Cf. F. *Franzii* Elem. Epigraphices Graecae pg. 315).

[2]) „*Scrinia* ſive arculae, capſae, in quibus libri, ſcripta, alia ſecreta reponebantur" *Iſidor.* Quatuor erant ſcrinia *libellorum*; memoriae, dispoſitionum, epiſtolarum. Cf. *du Cange* Gloſſar.; *Sponii* Miſcell. pg. 216; *Schweppe* Rechtsgeſchichte §. 193. — Inde *ſcrinarii* iidem ac tabularii.

[3]) Vita deceſſit anno 161. p. Chr. nat.

[4]) *Deſcriptos* habeto eosque *propoſitos* „(*Hauboldi* Monumenta legalia pg. 36)" in albo *propoſitam* habeto (Ibid. pg. 148).

[5]) Similis in fine formula etiam ſerioribus et barbaris (quae vocant) ſeculis obtinuit „*Subscripsi et recognovi*" (ſc. tabellio ſ. notarius) ſive „*Recognovi et subscripsi.*" (Cf. *Marini* Pap. diplom. et *Schöpflini* Alſat. diplom. I, 6. 42. et *Koppii* Palaeograph. critic. I, 381—407). Interdum, quia Monogramma ſequebatur, ſolummodo legitur *Recognovi* (*Schöpflin* l. l. I, 65. n. 81. ex anno 817.

his verbis „Act. VI. Idus April. Romae Caeſar. Antonino II et Praeſente II Coſ. [1])."

§. 50. Jam vero quam naturam et uſum illarum juſtae ſ. honeſtae miſſionis tabularum cognoverimus, externa quoque ſpecie quantum ad cerarum noſtrarum ſimilitudinem accedant videamus. Sunt enim **Diptycha** binis tabulis aeneis compoſita. Harum utraque in altero margine longiore aliquot foramina exhibet, per quae trajecto aeneo filo tabulae altera parte continebantur, ut inſtar libri ad noſtrum morem ligati commodo aperiri iterumque concludi poſſent. Aliud porro foramen erat in margine oppoſito utriusque tabulae, ut conſcriptae filo ſive aere ductili obſerarentur [2]) atque cera ſignarentur [3]).

§. 51. Eodem modo ceras noſtras in binis marginibus inter ſe oppoſitis foraminibus aliquot eſſe pertuſas, quibus tum ad legendum continerentur tum ad ſignandum colligarentur, ſupra jam (§. 5.) demonſtravimus. Imperator Nero, quod tunc primum repertum adverſus falsarios, edixit ut „tabulae pertunderentur ac ter lino per foramina trajecto obſignarentur [4])," utque haud ſane aliter tabulas praeſertim teſtamentorum in jus prolatas fidem habuiſſe invenimus [5]). Ceterum tales de criptiones, ſi ab Imperatoribus permittebantur, et ipſae tabulis aeneis conſcribebantur ut authenticae, eademque atque illae in judiciis erant auctoritate [6]).

Ludovici Pii; I, 950. Ottonis Primi; I, 187. Conradi II; *Meichelbeck* Hiſtor. Friſing. I, 223. Conradi II). „*Reſcripſi et recognovi*" eſt in inſtrumento anni 564. Reſcribebant principes lectos libellos (*Sueton.* Auguſt. cp. 45).

[1]) Petitio Acutiani ipſa eodem finitur modo: *Ἐσφραγίσθη ἐν Ῥώμῃ πρὸ τριῶν Νωνῶν Μαΐων, Αὐτοκράτορι Καίσαρι Τ. Αἰλίῳ Ἀντωνείνῳ τὸ β. Γαΐῳ Βρυττίῳ Πραίσεντι τὸ β. ὑπάτοις* (conſulibus). Vide *Sponii* Miſcell. erud. antiq. pg. 352.

[2]) Tabulae duae Jankovichianae tum quum inveniebantur (1833) in congruentibus illis foraminibus annulis ferreis colligatae erant, qui quod aerugine comeſi erant una cum parte alterius laminae deciderunt, nec conſtat an haec lamina ferrea vel aenea fuerit. *Montfaucon* (Palaeograph. graec. pg. 16) mentionem facit uctu tabularum plumbearum ſic adaptatarum ut immiſſa annulis virgula plumbea omnes compingeret.

[3]) Tabulas ſimiliter perforatas videſis apud *Gruterum* pg. 400. 401. *Marini* Fr. Arval. II. 440. De *sigillis* cf. *Paulli* Juriscons. Sentent. recept. lib. V, tit. 25. §. 6. (ed. Schulting) et *Maffei* Storia diplom. pg. 32. De *annulis signatoriis* vide *Plauti* Curcul. Act. 2, ſcen. ultim.

[4]) *Suetonius* in Nerone cp. 17. Sed neque linum linteamen, quo tabellae involutae erant ſignis impreſſis, rumpendum erat, neque cera turbanda. Cf. *Schweppe* Römiſche Rechtsgeſch. §. 250.

[5]) Cf. Julii *Pauli* Recept. Sentent. V, 25, 5. ſ. 6. (in *Ayreri* Jurisprud. antejuſtinian. Lipſ. 1737. 4. pg. 517) et *Buttmann* in Savigny Zeitſchrift für Rechtswiſſenſchaft I, 281.

[6]) *Maffei* Storia diplomat. pg 35. „Veggiamo però, che in queſto genere d'atti ſi facean le copie autentiche nell' iſteſſa magnificenza degli originali."

§. 52. Monuimus supra (§. 20.) difficultatem illam, quod libelli noſtri argumentum **bis** juxta ſcriptum ſit, explicandam nos relinquere jurisconſultis. Hoc tamen loco etiam nobis, qui ab hac doctrina abſimus, conjectura licet „quadam prodire tenus, ſi non datur ultra." Videamus igitur primum naturam **tabularum honeſtae miſſionis** et tum ex harum ſimilitudine de libelli noſtri ratione judicemus. Exhibent enim omnia **diptycha** illa aenea honeſtarum miſſionum ab Imperatoribus Veteranis datarum verba miſſionis ipſa **dupliciter** ſcripta [1]), ſemel in duabus paginis interioribus, iterum in altera paginarum exteriorum (modo in adverſa, modo in averſa, nam hoc non ſemper conſtat); in altera ſcripta ſunt nomina eorum, quibus honeſta miſſio dabatur (in utroque exemplo ea nomina dicuntur eſſe *„ſubſcripta")* ut quamquam ad utrumque pertinent, ſemel tantum ſcripta inveniantur.

§. 53. Jam vero quomodo illa nomina *ſub*ſcripta dici poſſunt, quae ſint vel juxta vel a tergo ſcripta? Sic mihi fingo: tabulae authenticae harum miſſionum argumentum ſemel tantum conſcriptum exhibebant, ita tamen ut nomina illa in fine ponerentur, et vere eſſent *ſub*ſcripta [2]). In **deſcriptionibus** autem verbum *„ſub*ſcripta" tanquam ſolemne, ut fere fit, ſervabantur, quamquam non jam in fine ponebantur nomina.

§. 54. At quid ſibi vult alterum argumenti exemplum? Hac de re ſic ſtatuo. Tabulae illae ſ. deſcriptiones, quae ſingulae iis, qui honeſtam miſſionem acceperant, publice exhibebantur, ab his integro ſigillo concluſa ſervari debebant, quo ſcilicet cavebatur, ne interpolarentur. Nam ſi forte pro teſtimoniis in jus proferendae erant, ubi non eſſet facultas authenticarum, magiſtratus allata ſuſpicione fraudis detracto publice ſigillo videbat, num interius exemplum eadem verba exhiberet; quo facto facili negotio interpolationem, ſi qua eſſet, inveniebat. Tum tabulas iterum concludendas et ſigillo publice imprimendas curabat.

[1]) Ceterum inter utrumque exemplar hoc intereſt, quod interius literis majuſculis ſcriptum eſt et utramque paginam compleat; exterius minuſculis literis conſcriptum eſt, quia totum una pagina continetur.

[2]) Eadem eſt ratio inſcriptionis cujusdam in marmore factae, in qua occurrit „ſibi et (filiis) poſterisque ſuis qui *infra* ſcripti ſunt" (*Heinec.* pg. 599) „ſcriptio *infra* ſcripta" (*Orelli* n. 725). „Quod habet ſcriptura *infra* ſcripta" (*Orelli* n. 4570). In alio lapide eſt „Quae *Sub*ſcripta ſunt" (*Maffei* Galliae antiquitt. pg. 16), ſed et „epiſtolae quae *ad latus* ſcripta eſt" (*Maffei* ibd. pg. 17), vel aliam „quorum nomina *infra* ſcripta ſunt" (*Donat.* II, 457, 4; *Orelli* n. 4069). Quibus locis omnibus verba „*infra* ſcripta, *Sub*ſcripta, *ad latus* ſcripta reliq. rei ipſi aptiſſima conveniunt.

§. 55. Ceterum quod Maffeus [1]) graecum vocabulum *δίπλωμα* ab argumento dupliciter fcripto derivari vult, errat; quamquam enim *διπλώματα* imperatorum [2]) argumentum bis fcriptum exhibere folebant, ex etymo idem eft ac *δίπτυχον* nihilque aliud fignificat nifi quod *plicando* (*πτύσσειν* [3]) quafi duplex factum eft: fic nuncupabantur ex ea forma literae apertae, quae ei, qui fecum portabat, vel fecuritatem in itinere vel fidem in negotiis gerendis praeftabant. Hinc *Δίπτυχον* fignificat pugillar duas tabulas complectens [4]); nam quum aperiri et concludi poffit, hoc quoque quodammodo plicatum effe videtur. Ceterum diptychon tale erant legum tabulae Moyfis, quas jam Auguftinus diptychium nominavit [5]), nec non ad diptychorum fimilitudinem libellus accedebat ille intus et foris fignatus feptem figillis, quem laudat Joannes Evangelifta [6]).

---

1) *Maffei* Storia diplom. pg. 32 atque jam Salmafius. Melius *Fufs* in Antiqq. roman. (1836. 8.) pg. 423. *Diptycha* a *geminis tabulis* quaedoque pretiofa vel eburnea et infigniter decorata, qualia a magiftratibus munus ineuntibus mos amicis donari.

2) *Διπλώματα* five *Δίπλαι* (Apollon. Tyanei epift. 8: *ἐν ταῖς τοῦ βασιλέως λεγομέναις Δίπλαις*). Simplices imperatorum literae nominabantur *ἁπλαῖ* (Eufeb. VIII, 2). Graeci prius diplomata *συνθήματα* nuncuparunt. Cf. *Plutarch.* in Galba et *Hieronym.* epift. 118; nec non *Hugo* de prima fcribendi origine pg. 141. 383.

3) Unde et *πίναξ πτυκτός* (jam in Homeri Iliad. VI, 169), *πυκτίς, πυκτίον, πυκτίον*, pugillares.

4) Eodem modo *Τρίπτυχον*, quod tribus compactum eft tabulis f. fchedulis. Similiter *πεντάπτυχον*, quod Martialis (epigr. XII, 4.) reddit latino vocabulo *quintuplex* cera, ut triptycha in latinas vertit *triplices* (epigr. XIV, 6. VIII, 71). Dicuntur et *Πολύπτυχα*, multiplices libelli. Pofterioribus autem Romani temporibus pro fpeciofiffimis donis et accipiebant et dabant hasce tabulas duplices f. diptycha easque plerumque ex ebore factas nec non deauratas et five picturis ornatas five fculpturis, qualem librum elephantinum f. eboreum imperator Tacitus habebat (*Flav. Vopifc.* in Tacito). Laudat et Q. Aurel. Symmachus in epiftola (*Graev.* Thefaur. XII, 416) atque Themiftius orat. IV. (*δέλτῳ χρυσῇ, δέλτοις σφυρηλάτοις*, libris fabrefactis, laboratis martello f. malleo ductis). Cf. *Buonarrotti* Sopra tre dittici d'avorio. Adeo autem horum diptychorum luxuria percrebruit, ut imperatores feculi quinti et fexti ufum eorum lege vetarent (Cod. Theodof. l. de expenfis, 15). Cf. *Funccius* de fcriptura veterum pg. 101. 205; *H. Hugo* de prima fcribendi origine pg. 86. 401. (Traject. 1738. 8). Ceterum de *Diptychis* quae poftea nominabant ecclefiafticis cf. *Salig* De diptychis veterum tam profanis quam facris (Halae Saxon. 1713. 4.) et *Leich* De diptych. veter. (Lipfiae 1743. 4); *Schmidt* De dipt. veter. (Jenae 1694. 4.); *Maffei* f. *Donati* De' dittici degli antichi profani e facri (Lucca 1753. 4.); *Gori* Thefaur. veter. diptychorum 1759. III.; *Ejusd.* Offervazioni fopra alcuni framenti di vafi antichi di vetro (Firenze, 1716); *Spangenberg* Tabul. negotiorum folemn. (Lipfiae 1822. 8.) pg. 13. 21; *Wilthelm* Diptychon Leodienfe (Leodii 1659); *Hagenbuch* De diptycho Brixiano (Tiguri 1749. f.); *Negelii* Diff. inaugur. (praef. Chr. Gottlob Schwarz) De vetufto quodam Diptycho Confulari et ecclefiaftico (Altorfii, Heffel 1732. 4).

5) Contra Fauftum Manichaeum XV, 4. Simili modo *Libanius* in epiftola ad Tatianum librum quendam *γραμματεῖον δίθυρον* dixit; Hefychius *Θυρίνας Δίπτυχα τὰς τῶν γραμμάτων πτυχὰς λέγουσιν.*

6) *Apocalyps.* cp. V, vers. 1.

§. 56. Nofter autem libellus τρίπτυχος et ipse argumentum dupliciter fcriptum exhibet, ita tamen ut omnis fcriptura interioribus paginis contineatur; exteriores enim paginas non admittere fcripturam utpote propter materiae mollitudinem et infirmitatem facile turbandam aut omnino detergendam, quisque facile videt. Pofcunt igitur fibi cerae operimenta exteriora lignea, qua neceffitate quum duae paginae ad fcribendum non jam fint idoneae, altera exoritur neceffitas, ut fcilicet tabula interponatur media, eaque utrimque cera obducenda et infcribenda, qua duarum illarum paginarum damnum refarciatur [1]). Sicque videmus ipfa naturae ratione ex diptycho factum triptychum [2]). Inde fequitur ut etiam nomina eorum, quibus talis defcriptio facta fit, non in altera exteriorum paginarum locum habere poffint, fed intus alicubi ponantur neceffe fit. Et exhibet nofter quidem libellus in mediae tabulae pagina altera, quae eft ex noftro libros evolvendi more pagina fecunda, margini arctiori dextrorfum adfcripta (§. 20). Ceterum ea nomina, ut in tabulis honeftae miffionis (§. 52), femel tantum occurrunt et ad utrumque exemplum referenda funt.

§. 57. Jam vero videor mihi audire quempiam fic interpellantem: „At quaefo ifta tua conjectura, quam de ufu et ratione tabularum aenearum honeftae miffionis ftatuifti, num et in ceris tuis valebit? Quadfi hae quoque integro figillo conclufae fervari debebant, ei qui publice acceperat ex tabulis authenticis defcriptas, ufus earum nullus erat, qui quum utrumque exemplum intus conclufum effet, vel quid fibi continerent, nefciret. Itaque hanc velim difficultatem nobis expedias."

§. 58. Recte Tu quidem; et expedire conabor. Perfuafum enim mihi habeo, in talibus ceris non ternas fimul paginas, fed binas tantum, quae alterum exemplum integrum continerent, lino trajecto obfignatas fervari debuiffe; tertiam quamque tabulam, quae una cum exteriore pagina tabulae mediae alterum exhiberet exemplum integrum, uno tantum margine reliquis tabulis annexam fuiffe, ut libere aperiri poffet, fieque et alterum exemplum patuiffe cognofcendum ei

[1]) Itaque in diptychis cereis rurfus quatuor enafcuntur paginae five cerae neceffe eft; quod docet etiam illud Plauti (Curcul. III, 40). „Mihi ifthoc nomini Dum fcribo, explevi totas ceras quatuor."

[2]) En tibi ut fpero expeditum, Vir nobiliffime *Jankovich*, quod literis ad me 18. Octobr. 1835 miffis hifce verbis popofcifti: „Tuum erit Vir eruditiffime rationem exquirere, cur Tabulae ceratae tecum communicatae non in diptyco, fed triptyco exaratae, fuerint."

qui acceperat, et altero obſignato cautum fuiſſe ne illud interpolaretur. Quae quidem opinio eo magis firmatur, quod in altero exemplo aliquanto plures apparent lacunae, ut perſpicuum ſit frequentiore uſu magis detritum eſſe.

§. 59. At fortaſſe propter hoc ipſum duplex argumenti exemplum cuipiam in ſuſpicionem veniat (nec dubito fore quibus hoc eveniat), totum libellum nihil aliud eſſe quam ſcribendi tentamen, a *tirone* neſcio quo inſtitutum, ſi quidem Quinctilianus Romanos pueros ſcripturam in tabulis ceratis exercuiſſe et experimentaſſe auctor eſt [1]). Neque equidem infitias eam, hanc opinionem quandam veri ſpeciem prae ſe ferre, praeſertim quum alterum illud triptychon, quod *graecanicum* nominavimus (§. 11.), ſententiam quandam vel ter ſcriptam exhibeat. Qua propter operae pretium eſſe videtur, relicto quem hucusque ſecuti ſumus quaeſtionis ordine, ea quae ad refutandam hanc ſuſpicionem pertineant, hoc loco interſerere. Ad quod quidem diverticulum ut nos comitari velis te lector antiquitatis ſtudioſiſſime eo confidentius invitamus, quod cerae illae graecanicae in eadem Dacia inventae ſunt et ad idem temporis ſpatium referendae eſſe videntur.

§. 60. Eſt enim in codice *graeco*, cujus modo mentionem fecimus, ter ſcriptum diſtichon ſive ut accuratius dicam hexametrorum par, preces ad Jovem continens, quod ex poëta graeco vetuſtiore, quem non nominatim laudari valde dolendum, affertur in dialogo incerti auctoris, Platoni ut conſtat perperam tributo, qui inſcribitur Alcibiades II [2]). Facit enim auctor ille Socratem docentem, immerito argui ab hominibus deos tanquam malorum auctores, quae ex ipſa plerumque hominum ſtultitia proveniant. Pergit deinde ſic: *Κινδυνεύει γοῦν, ὦ Ἀλκιβιάδη, φρόνιμός τις εἶναι ἐκεῖνος ὁ ποιητής, ὅς δοκεῖ μοι φίλοις ἀνοήτοις τισὶ χρησάμενος, ὁρῶν αὐτοὺς πράττοντας καὶ εὐχομένους ἅπερ οὐ βέλτιον ἦν, ἐκείνοις δὲ ἐδόκει, κοινῇ ὑπὲρ ἁπάντων αὐτῶν εὐχὴν ποιήσασθαι· λέγει δέ πως ὡδί* [3]).

---

[1]) *Quinctilianus* Iuſtitut. orat. I, 1.

[2]) *Platon* Steph. pag. 143.

[3]) „Quare prudens mihi videtur poëta ille, qui amicis inſipientibus uſus, dum eos videret et agentes et orantes, quae illis minime conducebant, cum tamen eis utilia viderentur, pro omnibus sic ait."

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ (φησὶ) καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις
Ἄμμι δίδου· τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξειν [1]) κελεύει.

§. 61. Tranſit poſtea hoc praeclare dictum in Anthologiam graecam, conflatam ut conſtat ſententiarum, epigrammatum ſapienterque effatorum congerie, paululum quidem mutatis verbis ſic:

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις
Ἄμμι δίδου· τὰ δὲ λυγρὰ καὶ εὐχομένων ἀπερύκοις [2]).

§. 62. Vulgatiſſimos autem fuiſſe hos verſus inter homines veteres, ſicut noſtris temporibus *Herderum* ſingulari ſtudio amplexum eſſe et ut dicunt in ſinu geſtaſſe conſtat [3]), lectionis quam notavimus varietas docet. Reſpicit enim hunc locum incerti illius auctoris Valerius Maximus [4]), niſi forte Xenophontis illum [5]) in animo habuit; exſtat ſimilis apud Juvenalem locus [6]); imo quod multo majus eſt, praebet eadem Anthologia [7]) epigramma quoddam chriſtianorum temporum ad hujus imaginem tam accurate expreſſum, ut ex verbis ejus, quamvis ad diverſi cultus rationem diffictis, antiquae tamen originis veſtigia vel primo aſpectu agnoscas. Epigramma illud hoc eſt:

Χριστὲ μάκαρ, μερόπων φάος ἄφθιτον [8]), ἐλπὶς ἁπάντων
ἐσθλὰ δίδου χατέουσι, τὰ δ' οὐ καλὰ νόσφιν ἐρύκοις.

---

1) „Jupiter rex, optima quidem nobis et voventibus et non voventibus tribue, mala autem poſcentibus quoque abeſſe jube" (ex verſione Ficin.).

2) *Anthologiae graecae* ed. Brunckii T. III. pg. 250; ed. Fr. Jacobs (1794) IV, 217, epigr. 466 et (1814) II, 412, epigr. 108.

3) Transtulit quoque ingenioſe in noſtratem linguam (*Herderi* opera ed. minor. Cott. X, 63):
Jupiter, Gutes gib mir und wenn ich auch nicht darum bäte,
Böſes wende von mir, fleht' ich auch ſehnlich darum.
Graeciſmo injucundo *Schleiermacher* (in Translatione Platonis):
Zeus, du Herrſcher, das Gute (ſpricht er) auch wenn wir es uns nicht erflehen,
Immer verleih; doch Arges ſogar dem Beter zu weigern (befiehlt er).

4) *Valerius Maximus* VII. 2: „Socrates nihil ultra petendum a diis immortalibus arbitrabatur quam ut *bona* tribuerent; quia ii demum ſcirent, quid unicuique eſſet utile; nos autem plerumque id votis expetere, quod non impetraſſe melius foret."

5) *Xenophont.* Memorab. Socrat I: *Εὔχετο δὲ πρὸς τοὺς θεοὺς ἁπλῶς τἀγαθὰ διδόναι, ὡς τοὺς θεοὺς κάλλιστα εἰδότας, ὁποῖα ἀγαθά ἐστι.*

6) *Juvenalis* Satyr. X, 347: Nil ergo optabunt homines. Si conſilium vis,
Permittes ipſis expendere numinibus, quid
Conveniat nobis rebusque ſit utile noſtris.
Nam pro jucundis aptiſſima quaeque dabunt di.
Carior eſt illis homo quam ſibi — — —

7) *Antholog.* graec. ed. Jacobs (1814) I, 14. epigr. 30.

8) Simile quid in *Orphei* poëm. (Gesner. pg. 366. 367) *Ζεὺς ἄφθιτος.*

§. 63. Vides in extrema voce (*ἐρύκοις*) utrumque epigramma, quod quidem in Anthologia eſt, conſentire. Sed non ſolum exquiſitius illud *ἀπαλέξειν*, ſed etiam ſingula quaeque antiqui poëtae verba per tot annorum ſeriem fide religioſeque ſervata cerae noſtrae reddunt integra. Quantum enim ex trium exemplorum fragmentis [1]) reſtitui potuerunt, haec ſunt verba:

Ζεῦ βασιλεῦ τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις
Ἄμμι δίδου· τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξοις [2]).

§. 64. Aliam fortaſſe rationem iis, qui tironis opus ſubeſſe ſuſpicientur, ſubminiſtrabo ex fragmento quodam graeco, quod ex ſecunda cera reſtituere mihi contigit. Id tantum dubito, utrum nomen *Ἀριστόβουλος*, quod his verbis proxime antecedit, ad ea quae ſequuntur ſit referendum (quod vix puto) an ad ea quae praecedunt, quod veriſimilius videtur. Fragmentum iſtud hoc eſt [3]):

Ἀριστόβουλος
Εἰσι μεν ȣν ϗ ἄλα πολὰ ἀναγκαῖα ȣ
λογȣ αξια πραγματα· (ἀ)λλὰ παροντος
δια την συντομιαν.....

§. 65. Vides finem intercidiſſe, quem ex reliqua ſententia facile ſuſpiceris hunc fere fuiſſe: *παρόντος διὰ τὴν συντομίαν χρέους τοῦ δὶ ὀλίγων ἐξηγεῖσθαι, ἀρκεῖ κ. τ. λ.*, quae ſi recte ſe habent, ita vertenda ſunt: „Sunt igitur et aliae multae res, neceſſariae et quae referantur dignae, ſed quum adſit propter brevitatis ſtudium neceſſitas modum tenendi, ſufficit etc." Dubium non erit, quin ex mendis illis et dictionis (*εἰσι*) et ſcripturae (*ἄλα, πολὰ*) quae inſunt, quidam etiam his tirunculi cujusdam *μελέτημα σχολαστικὸν* ſubeſſe ſagiant et ex hujus ſimilitudine etiam de libelli alterius argumento ſententiam ſibi ferendam putent [4]).

---

[1]) In exemplo, quod eſt in Tabula tertia, verba *τὰ ἐσθλὰ* deeſſe videntur.

[2]) Nihil igitur, ut vides, interpolationum iſtarum *λυγρὰ, εὐχομένων, ἀπερύκοις* in ceris noſtris. Ceterum apparet *ἀπαλέξοις* genuinam fuiſſe lectionem antiquorum illorum verſuum et infinitivum modum *ἀπαλέξειν* apud Planudem pendere ex addito *κελεύει*; neque opus eſt cum Schaeffero (ad Gregor. Cor. pg. 424) et Buttmanno (ad Platon. Dialog. IV, 188. n. 2) infinitivum ſtatuere uſurpari pro imperativo „uſu in ejusmodi formulis ſolemniore."

[3]) Praecedunt verba . . . . . *κατα* . . . . . | *ἀδύνατόν ἐστι* . . . . . |

[4]) Cum vocabulum *ἀλλά* non ita plane et diſtincte ſit expreſſum, ſed hoc fere modo *ο λλὰ παρόντος*, primo adſpectu ſigno illo incerte ante *λλ* omiſſo legendum eſſe: *πράγματα· λλ ἀπαρόντος δ. τ. σ.* Scilicet fingebam mihi, grammaticum neſcio quem literarum graecarum haud ſane peritiſſimum

§. 66. Attamen iftae rationes mihi nequaquam tam validae videntur, quae non argumentis quibusdam gravioribus tum ex fcriptura tum ex fententia depromptis infirmari ne dicam omnino refutari poffint. Quae quum infra uberius exponere in animo fit, hoc loco habeo hoc unum monere, ipfos graecarum literarum ductus, qua funt firmitate et aequalitate, non prodere manum tironis ambiguam et fluctuantem, fed effe manus exercitatiffimae hominis in fcribendo non mediocriter verfati. Sed ut fupra diximus, litem iftam paullifper fub judice relinquamus et ad libellum noftrum latinum redeamus.

§. 67. Primum igitur quidquid de tabulis illis quas diximus graecanicas, ftatuendum eft, ab illis ad hunc ideo conclufio (ut dicunt) non valet, quod cerarum ufus, ut infra accuratius docebimus, admodum varius eft. Deinde etiam libellus eo eft fcripturae genere, ut et ipfe tironi non videatur deberi. Graviffimum autem argumentum contra auctores illius fufpicionis exhibet tum ratio rei in eo tractatae, quae potius ad jus et judicium, quam ad fcholam fit referenda, tum accurata verborum folemnium et ufus forenfis obfervatio, quae nonnifi in hoc fcripturae genus cadere poffit. Et fi quem fortaffe duplex argumenti exemplum moveat, etiam hanc difficultatem allata tabularum aenearum fimilitudine fuftuliffe videmur.

§. 68. Reftat ut quispiam totum in ceris fcribendi genus pro materiae vilitate haud in magno discrimine ponendum cenfeat. Sed hoc quoque falso. Namque non folum tirones apud Romanos ad ufum exercitationum offe [1]) arabant campum cereum [2]), qui poftea ftylis armati effe folebant [3]), fed ad quaevis vitae privatae publicaeque et negotia et otia tabularum ceratarum diuturnum fuiffe ufum nemo eft qui nefciat, propterea quod, ut Quinctilianus ait [4]),

---

locum illum in fcriptore quodam inventum in adverfariis fuis notaffe et de fuo addidiffe duo λ (in verbis ἄλα et πολὰ) deeffe propter compendium fcripturae (διὰ τὴν συντομίαν). —

[1]) Offeo ftylo, fed et ferreo (vide §. 4.)

[2]) *Titinius* dixit: Velim ego offe arare campum cereum. Similiter Aufonius epigr. 138: per aequor cereum volare. Cf. *Herm. Hugo* De prima fcribendi origine pg. 52. 83; *Funccius* De fcriptura veterum cp. 2; *Claud. Dausquii* Orthographia latini fermonis (1677) pg. 166.

[3]) *Martial.* Epigr. XIV, 18. Ejusmodi ftylis, quibus feriore aetate pleramque ferreis uti confueverant, fancto Caffiano magiftro literarum necem intulerunt, ut *Prudentius* περὶ Στεφάνων 9 Hymn. refert. (Innumeri circum pueri, miferabile vifu Confoffa *parvis* membra figebant *ftylis*. Unde *pugillares soliti percurrere ceras* fcholare murmur adnotantes fcripferant). Antylus quoque ftylo fauciatus fuit (*Plutarchus* in Gracchis). Cf. fupra §. 29. adnotation. 2.

[4]) *Quinctilianus* Inftitut. X, 3, 31.

optime ſcribitur ceris, in quibus dum minime morantur manum nec cogitationis impetum frangunt et facillima eſt ratio sicut opus est adjiciendi, inducendi, ſuperſcribendi, corrigendi, delendi [1]).

§. 69. Itaque et creberrimis per epiſtolas colloquiis inter amicos ſcriptitandis inſerviebant tabulae ceratae [2]), et conſignandis rebus gravioribus et notabilioribus per ſingulos dies geſtis gerendisve [3]) et rationibus domeſticis accepti et expenſi digerendis (unde tabulae novae) [4]) et notaminibus memoriae cauſa exarandis [5]) et ſummariis excerpendis [6]) et adverſariis negligentius concipiendis, quae antequam reſcriberentur, amicis mittebant, ut locis corrigendis et diffingendis fruſtula cerae ejusque miniatae [7]) praefigerent. Sed hujusmodi tabulis pugillaribus etiam res majoris momenti pactiones, contractus, teſtationes, teſtamenta [8]) plerumque conſcripta eſſe apud omnes conſtat [9]).

§. 70. Inprimis teſtamentorum ratio neceſſario tabularum ceratarum uſum ſibi depopoſciſſe videtur; quae cum ſaepenumero ſive morte in-

---

[1]) *Hugo* De prima ſcribendi origine 407; *Pancirol.* Var. I, 28; *Martial.* Epigr. XIV, 7; *Plinii* H. N. XIII, 111. Singularem quandam his tabulis utendi rationem Gellius (N. A. XVII, 9.) memorat, ubi Asdrubalem epiſtolam ſcriptam ſuper rebus arcanis hoc modo abscondiſſe narrat. *Pugillaria nova nondum etiam ceris illita accepit, literas in lignum incidit, poſtea tabulas* uti ſolitum eſt *cera collivit* easque tabulas tanquam non ſcriptas cui futurum id praedixerat, miſit, is deinde ceram deraſit literasque incolumes *ligno inciſas* legit.

[2]) *Plautus* Aſin. (ed. Bipont.) IV, 1, 18: Ne *epiſtola* quidem ulla ſiet in aedibus, nec *cerata* adeo *tabula*; ibid. 22: Ne illi ſit *cera*, ubi facere poſſit *literas*; Bacchid. IV, 4, 64. (Chryſal. ad ſcribendam atque obſignandam *epiſtolam* adferri ſibi jubet *ſtylum*, *ceram* et *tabellas* et *linum*); ibid. 96: Cedo tu *ceram* ac *linum* actutum Age *obliga obsigna* cito; ibid. 76: Cape *ſtylum* propere, et *tabellas* tu has tibi: quod jubebo, ſcribito iſthic. Cf. *Plinius* Epiſt. VII, 27. VIII, 9. *Wehrs* vom Papier (1789) pg. 17; *Funccius* l. l. pg. 209; *Hugo* pg. 346.

[3]) Cf. *Savigny* Zeitſchrift für Rechtswiſſenſchaft I, 54—77.

[4]) De codice accepti et expenſi cf. *Cicero* pro Roſcio Com. II, 3; *Ascon.* ad Cicer. in Verrem I, 23; *Savigny* in Abhandlungen der Akademie der Wiſſenſchaften (Berolini, 1816. 17. pg. 292).

[5]) *Ovid.* Amor. I. 12: „*Cera* referta *notis*." *Cera* pro tabula cerata: *Ovid.* Metamorph. IX. 521. 529. 565. 596. 600; contra *tabella* pro literis: *Ovid.* Metam. VIII, 715.

[6]) *Plinius* Epiſt. III, 5; *Senecae* ep. 57.

[7]) *Minium* (*μίλτος*) cerae admiſcebatur. Vide Achill. Statium in Aratum. Hac reſpicit *Tullii* ad Atticum locus (XV, 14): „His literis ſcriptis me ad συντάξεις dedi, quae quidem vereor ne *miniata cerula* tua pluribus locis notanda ſint;" Id. ad eund. (XVI, 11): „Noſtrum opus tibi probari laetor, ex quo ἄνθη ipſa *poſuiſti*, quae mihi florentiora ſunt viſa tuo judicio; *cerulas* enim tuas *miniatulas* illas extimeſcebam." Cf. *Angeli Politiani* Miſcell. cp. 53.

[8]) L. 17, §. 3; *Juvenalis* Satyr. XIII, 135. XIV, 40. 41.

[9]) Nec minus judices in foro cera *legitima* utebantur vel ſigno A(bſolutionis) vel ſigno C(ondemnationis) inſcribenda.

ſtante ſive in procinctu acieque inſtructa [1]) fierent, ideoque urgente neceſſitate celeriorem requirerent confectionem patet, neque remotiorem fabrorum ſive inciſorum artem, neque duram aeris, marmoris, plumbi ſuperficiem uſum habere potuiſſe. Contra ea tabulae ceratae tum propter materiae mollitudinem, tum propter vulgatiorem illis inſcribendi notitiam et uſum minimas faceſſebant moras.

§. 71. Qua de cauſa vocis **tabulae** tritus apud veteres pro **teſtamento** uſus erat [2]) atque teſtator, quum teſtamentum ſcriptum in curia ſive ſtatione proponeret, loquebatur hisce verbis: „haec uti in his **tabulis cerisve** [3]) ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor; ita vos (quos teſtaturos ſecum adduxerat) Quirites teſtimonium praebitote." Sic etiam vocabulum **cera** vulgo occurrit pro pagina libelli in quo teſtamentum ſcriptum erat, ut „extrema [4]) ſive *ima* cera [5])" aut „primae duae **cerae** [6]);" aut „haeres ex prima, ex ſecunda [7])" etc.

§. 72. Fidem tabulis afferebant et teſtes [8]) et ſigillum et nonnunquam du-

---

[1]) *Paul* Digeſt. 29, 4: „Lucius Titius miles Notario ſuo teſtamentum ſcribendum *notis* dictavit, et antequam *literis perſcriberetur*, vita defunctus eſt. Quaero an haec dictatio valere poſſit" etc; *Sueton*. Galba 5: „Galba qua *notata*, non *perſcripta* erat ſumma, haerede Tiberio legatum ad quinquaginta avocante ne hoc quidem accepit." Cf. *Niebuhrii* Hiſt. Rom. I, 504; *Schneideri* De Centumviralis Judicii apud Romanos origine (Roſtochii 1835) pg. 72.

[2]) *Iſidor*. Etymolog. V, 23: „*Tabulae* teſtamenti ideo appellatae ſunt, quia ante chartae ut membranarum uſum in *tabulis* dolatis non ſolum *teſtamenta* ſcribebantur, ſed etiam epiſtolarum colloquia." Cf. *Livius* I, 25; *Gellius* II, 12; *Cicero* Divin II, 41; *Horat*. Serm. II, 5. art. poet. 399; *Juvenal*. Sat. I; *Martial*. Epigr. IV, 26. XIV, 8; *Symmach*. Epiſt. IV, 28. 34; *Mabillon* Nouveau traité de diplomatique I, 457; *Briſſonii* de formulis et ſolenn. p. rom. verbis l. VIII. (Francf. 1754) p. 162.

[3]) *Ulpian*. Tit. 22, regul. Lib. I. §. 4. D. de lege Cornelia de falsis: „Qui in rationibus, *tabulis cerisve* vel alia qua re ſine conſignatione falſum fecerint vel rem amoverint, perinde ex his cauſis atque ſi erant falſarii puniuntur.

[4]) *Cicero* Verr. I, 36: „in codicis *extrema cera*."

[5]) *Suetonius* Caeſ. 83: „In *ima* cera Caeſar Octavianum etiam in familiam nomenque adoptavit;" Octav. Aug. cp. 101. Huc ſpectat et *Horat*. Sat. II, 5, 53: „Quid *prima* ſecundo *Cera* velit verſu: ſolus multisne *cohaeres*." Cf. *Hugo* l. l. pg. 82; *Spangenberg* in Archivo pro praxi civil. V, 144; *Rein* Römiſches Privatrecht pg. 363. 376.

[6]) *Suetonius* Neron. 17: „Cautum eſt ut in teſtamentis *primae duae cerae* teſtatorum modo nomine inſcripto vacuae ſignaturis oſtenderentur.

[7]) *Juſtinian*. De teſtament. ordinand. I, 10. §. 12. Cf. *Schulting* ad Ulpian. tit. 20. §. 27. et *Briſſon*. De formulis et ſolemnibus populi Romani verbis (1583) pg. 661. Discerne tabulas *primas* (patris) ſ. principales, et *ſecundas* (filii): *Briſſon*. pg. 658.

[8]) De *teſtium numero* legibus conſtituto (ſeptem et quinque) vide *Briſſonii* Selectarum ex jure civili antiquitatum libr. IV. (Helmſtadii 1663. 4.) II, 17. pg. 71. et *Savigny* in ſuo libello Zeitſchrift für Rechtswiſſenſchaft I, 78 — 95. De aperiendis teſtamentis cf. *Spangenberg* Tabul. negotior. ſolemn. pg. 90. et *Briſſon*. de formul. et ſol. p. r. verbis l. l.

plex exemplum, quorum alterum altero loco depofitum fuiffe probabile eft. Sic a Ptolemaeo Aegypti rege tabulas teftamenti unas per legatos Romam allatas effe, ut in *aerario ponerentur*, *alteras eodem exemplo relictas* atque *obfignatas* Alexandriae prolatas effe Caefar refert [1]. Similiter Suetonius narrat partim fua, partim libertorum manu fcriptum [2] Augufti teftamentum duobus codicibus factum effe [3]; et infra Tiberium [4] quoque teftamentum duplex confeciffe, alterum fua, alterum liberti manu, fed eodem exemplo et obfignaviffe etiam humillimorum fignis. Itaque vim habebant vere legitimam in rebus privatis publicisque, nec quidquam referebat, quanam materia teftamenta confcripta effent, ut Ulpianus [5] teftamentum tabulas recte dici atque accipi five fint ligneae five cujuscumque materiae five chartae five membranae fint, vel fi corium cujusdam beftiae cet.

§. 42. Praeterea quis eft, qui aut ceram minus putet firmam aptamve, quae confervetur quam arborum corticem five craffiorem exteriorem five tenuiorem interiorem, aut illi minus fidei habendum effe cenfeat quam tiliae libro, unde libri libellique nomen et originem duxiffe cenfeat? Atque libro tiliae paffim ad fcribendum utebantur, inprimis literas manumiffionis in eo confcriptas effe ex Cedreno conftat [6]. Supereft ex anno poft Chr. p. 193 (a. u. 946) fententia quaedam publica Helio Pertinace Imperatore lata, ex *tilia in marmor defcripta* (itaque hoc quidem contrario modo fiebat), quae poft temporis determinationem rite allata [7] haec verba exhibet: „Sententiam quam tulit L. Novius Rufus Leg. Aug. Pr. C. V. C. inter compaganos Rivilarenfes et Vol. Faventinam

---

[1]) *Caefar* Bello civil. III, 108. *Cf. J. Franzii* Epigraphic. graec. pg. 315: „Haud raro decretorum duo vel plura exempla fcribuntur in diverfis locis ponenda cet."

[2]) In verbis quae fequuntur „*depofitumque apud fe*, virgines etc." tum propter locum Caefaris fimillimum, tum rei ipfius rationem mendum latere mihi quidem perfuafum eft.

[3]) *Suetonius* Octavian. 101.

[4]) *Suetonius* Tiber. cp. 76.

[5]) Inftitut. de Teftament. L. I. D. de bonor. poffeff.

[6]) Cf. *Ulpiani* Fr. 52, D. XXXII. de legatis in III: „*Librorum* appellatione continentur omnia volumina five in charta five in membrana fint, fed etfi in *philyra* aut in *tilia*, ut nonnulli conficiunt, aut in qua alio *corio*, idem erit dicendum." Cf. *Plinii* H. N. XIII, 11; *Servius* ad Virgil. Aen. XI, 554; *Isidori* Orig. VI, 13. XVII, 6; *Herodiani* Hiftor. I; *Funccius* de fcriptura veterum pg. 50. 56. 58.

[7]) „Imp. Caefare P. Helio Pertinace princip. fenatus patr. patriae. Cof. II. Q. Sofio Falcone C. Julio Fructo Claro Cos. III. Id. Febr."

deſcriptam et propoſitam pr. Non Novemb. inluſter vir J. S. Rufus Leg. CCCX, decretum ex tilia recitavit [1]).

§. 74. Patet igitur ceras eandem atque tiliae librum, lignum [2]), marmor [3]), plumbeas [4]) aliasque id genus tabulas in jure [5]) fuiſſe auctoritate, ut optime in cerarum noſtrarum auxilia vocare liceat marmora tabulasque aeneas, praeſertim quum conſtet, ſaepiſſime e ceris publicas deſcriptiones in aere et marmore factas eſſe [6]). Denique quod ſtatuimus libellum noſtrum eſſe deſcriptionem tabulae authenticae in tabulario repoſitae, ſi quis ideo minus auctoritatis ei tribuendum cenſeat, vix opus erit monere, cujuscunque generis deſcriptiones e tabulis authenticis rite et cum fide factas in jure aeque atque ipſas authenticas ratas fuiſſe, idque patere ex Novellae XLXI. cap. 2: „Si vero etiam ex publicis archivis proferatur chartaglorioſiſſimorum praefectorum et quod ex publicis archivis profertur, publicum habet teſtimonium etiam ſuſceptibile hoc ad collationes manuum ponimus."

---

1) *Gruter.* pg. 209, *Spangenberg* Tabul. negotior. ſolemn. LXXXI.

2) *Solonis* leges *ligneis* tabulis erant *inciſae*, quas ἄξονας et κύρβεις dicebant. Et quis eſt qui neſciat Horatianum illud „*leges incidere ligno*"? Cf. *Gellii* N. A. II, 121; *Plutarch.* Solon.; *Jeſaiae* XXX, 8; *Habacuc* II, 2.

3) Geſtorum ſive interlocutionum commentarios in marmore ſculptos anni 244 p. Chr. n. vide in *Fabretti* Inſcriptt. Antiq. IV, 278. et item *Maffei* Storia diplom. pg. 122 et *Spangenberg* Urkundenbeweis II, 365. Sententiam ſive decretum in Marmore Neapoli reperto habes apud *Gruterum* 208. Conſlenis ſolutionem lapidi inciſam ſeculo III invenies apud *Reinesium* pg. 486.

4) Cf. *Pauſanias* Boeot. pg. 306; *Hiob* XIX, 24. De tabulis plumbeis voluminum inſtar convolutis diſſerit *Plinius* H. N. XIII, 11; de charta plumbea (χάρτα μολυβδίνη) cf. *Suetonium* Neron. 20. De libello plumbeis laminis compoſito *Montfaucon* Palaeograph. graec. pg. 16. 180; delineatum tale volumen plumbeum habes apud *Boldett.* Oſſervaz. pg. 322, 3. Cf. et *Ficoroni* piombi antichi. (Rom. 1740); *Stieglitz* Ueber antike Bleye (Archäolog. Unterhaltungen II, 135). Cf. et *J. Franzii* Epigraphic. graec. pg. 33. „Monumenta publica et leges ligno, lapidi, aeri inciſa ſunt, idque vel antiquiſſimis factum temporibus eſt non aliam ob cauſam, quam etiam tum, quam ſatis ſuperque chartae ſuppetebat. Accedunt laminae metallorum. Pauſanias (IX, 16) antiquiſſimum Heſiodi Operum et Dierum exemplum *laminâ plumbeâ* conceptum vidit in Helicone, quod remotae antiquitati aſſignare non dubitat Boeckhius (Proöm. ind. lectt. aeſt. 1834. cf. infra n. 63). Adde quae allegantur exempla ex Auct. Axioch. 19. Plutarch. Alex. 17. et de genio Socr. 5, 7. Apud quos quae aeneae tabulae memorantur, eae non minus quam *lamina ſtannea* apud Pauſan. (IV. 266)." De *laminis plumbeis* vide ibid. pg. 168; 8, de lamina aerea pg. 218.

5) *J. F. Eiſenhardt* De auctoritate et uſu inſcriptionum in jure (Helmſtad. 1570).

6) Talis petitionis libellus publice ſubſcriptus a promagiſtro et marmori inciſus inde ab anno 155. p. Chr. n. exſtat apud *Murator.* 572, 1; *Gruter.* 607, 1; *Orell.* n. 4370. Codicillos a juvene quodam in Poenulam ad militiam profecto, cui *Dirmio* nomen erat, *ante mortem* ad patrem in Sicilia degentem miſſos anno 175. atque per patrem marmori inciſos habes apud *Orell.* n. 4359; Tabulam *aeneam* in *lapide* deſcriptam anni 242 apud *Gruter.* 713, 6; *Orell.* 4036.

IV.

SCRIPTURA.

§. 75. **J**am vero quum de forma et argumento libelli noſtri, quae ex re videbantur attulerimus, reſtat ut de genere SCRIPTURAE disſeramus, quae pro singulari literarum et uncialium et curſivarum (quas nunc dicere conſuevimus) commixtione expoſitionem requirit accuratiorem. Atque eo majore ſtudio hanc operis partem complector, quod de ſcripturae curſivae uſu apud Romanos, praeſertim num jam proximis poſt Chriſtum natum ſeculis valuerit, usque ad hunc diem non levis eſt inter viros antiquitatis ſtudioſos et peritos disſenſio et controverſia, quam neſcio an Libellus noſter Dacicus egregie diremturus ſit.

§. 76. Mihi quidem quemadmodum Graecos jam maturius ſcripturam curſivam et mox etiam connexos inter ſe literarum ductus adhibuiſſe conſtat [1]), ſic Romanis quoque hoc ſcripturae genus non ſerius cognitum et uſitatum fuiſſe ſemper valde probabile viſum eſt, neque unquam a *Lipſii* partibus ſtare potui, qui curſivae notionem et uſum Romanis prorſus abjudicandum ſtatuerit [2]).

§. 77. Hanc igitur opinionem mire video comprobatam et firmatam ceris noſtris latinis, quas ad ſeculum p. Chr. n. ſecundum referendas eſſe quum ſupra docuerimus, patet jam tum literarum curſivarum uſum, quamquam non effuſius adhuc, ſed ut minuſculis interſererentur aut annecterentur, valuiſſe et, quod bene notandum, in ceris, in quibus curſivam adhibitam eſſe ipſe Spangenbergius tantummodo ſuſpicari auſus ſit [3]). Simul in ceris noſtris lenis

---

[1]) De *curſiva* Graecorum ſcriptura vide *J. Franzii* Elementa Epigraphices graecae (Berolini, 1840. 4.) pg. 59. 68. 91. 218 cet., de *ductibus ligatis* pg. 358; de *tabularum ceratarum* nec non librorum elephantinorum apud illos uſu recentiori pg. 34.

[2]) *Lipsius* De pronunciatione linguae latinae cp. 8.

[3]) *Spangenberg* Urkundenbeweis I, 79: „Höchſtwahrſcheinlich war auch die Curſivſchrift bey den Wachstafeln anwendbar.“ Confidentius jam *Mannertus* (De tabula Peutingeriana pg. 13): „Ex *omni* quidem tempore Romani uſi ſunt literis minusculis et *curſivis*, sed *nullis exemplis*.“ Minus accurate *Funccius* (l. l. pg. 171): „Nihilominus atque *currentium* minorum, *quibus hodie utimur vulgo*, characterum habuerunt formam ante Gothorum in Italia adventum.“

ille transitus literarum ex minutulis vetuſtioribus in formas vere curſivas apparet adeo convenienter naturae et uſui manus in ſcribendo verſatae, ut ſi reliqua documenta deeſſent, hoc ipſum antiquam libelli noſtri originem probaret.

§. 78. Quum enim in uſu et publico et privato permagni referret non ſolum bene, ſed et velociter [1]) et quaſi curſim [2]) ſcribi, mox e literis majusculis ſive longis grandibusque [3]) ſenſim ſubnaſci neceſſe erat ſcripturam primum minutulam, tum etiam curſivam, ut veteri illi ſcripturae generi nonniſi in publicis lapidum, columnarum, aedium inſcriptionibus locus maneret, haec nova et expeditior forma magis magisque uſurparetur a *notariis*, *tabellariis* [4]), denique omnibus quorum erat „decurrere per materiam ſtylo celeri [5]) imo velociſſimo [6])," „ut velociter edicta velox conſequerētur manus [7])," „vixque dicta ceris teneret [8])."

§. 79. E literis majuſculis ſive uncialibus [9]), ut diximus, primum exſtitit minutarum [10]) et minutiſſimarum [11]) uſus, cujus exempla afferunt Plinius et Aelianus; alter enim totam Iliadem adeo ſingulari artificio exaratam memorat, ut unioni includeretur [12]), alter diſtichi literis aureis ſeſami grano inſcripti men-

---

[1]) „*Cura* bene et *velociter* ſcribere." (*Quinctilian.* I, 1).

[2]) „*Curſimque* loquentes Excipiens longas nova per compendia (i. e. notas) voces." (*Manilius* Aſtronom. IV, 194).

[3]) *Funccius* De ſcript. veter. pg. 170; *Hugo* De ſcript. orig. pg. 545.

[4]) „*Properanti* tabellario curſim" (*Symmachi* epiſtol. 80). Notarii latinis a *notis*, Graecis *ταχυγράφοι, ὀξυγράφοι, νοτάριοι*, qui celeri calamo exarabant ſive notis (*σημείοις*, unde et *σημειογράφοι*); contra *καλλιγράφοι*, qui eleganter ſcribebant, partim literis aureis (*χρυσογράφοι*). Cf. *Philoſtrat.* Apollon. I: *Ὁ μὲν ἐς τάχος γράφων, ὁ δὲ ἐς κάλλος*; *Suidas* (ed Gaisford) p. 2785. E): *Ὑπηγόρευε τοῖς ταχυγράφοις καὶ οἱ βιβλιογράφοι ἅμα καὶ κόραις ἔγραφον ἐπὶ τὸ καλλιγραφεῖν ἐξησκημέναις*. Similiter *Euſebius* de Or. (H. Eccleſ. VI, 21). Bibliographi illi ſive antiquarii elegantiae magis quam velocitati ſtudebant. Laudabatur igitur quam maxime ars eorum, qui *eleganter* ſcribebant ſimulque *celeriter*, ut a Palladio (cp. 86) Euagrius Ponticus monachus atque a Theodoreto Protogenes utpote „in ſacris peritus et *velociter ſcribendi*" eamque artem pueros edocuiſſe (*γράφειν εἰς τάχος ἠσκημένος — γράφειν εἰς τάχος ἐδίδασκε. Ἱστορία ἐκκλησ. Δ ιη*). Cf. *Montfaucon* Palaeogr. graec. pg. 34. 35; *Funccius* l. l. pg. 175; *Hugo* l. l. pg. 536; *Koppius* Palaeogr. crit. I, 483.

[5]) Verba *Boethii* lib. V.

[6]) Verba *Quinctiliani* X, 3. (Decurrere per materiam ſtylo quam velociſſimo).

[7]) Verba *Hieronymi* ad Julianum (de notario).

[8]) Verba *Auſonii* epigr. 136 (in notarium). *Martial.* epigr. XIV. 208: „Currant verba licet, manus eſt *velocior* illis. Nondum lingua, ſuum dextra peregit opus."

[9]) Quia *unciae*, quae eſt pars duodecima pedis, altitudinem habuerunt.


[10]) *Plautus* Bacchid. IV, 9, 68. 69; *Cicero* in Verr. IV, 43. *Minutulas* dicit *Vopiſcus* in Tacito XI; *Suetonius* in Caligul. 41. Cf. *Funccius* l. l. pg. 175; *Mabillon* De re diplom. pg. 48; Neues Lehrgebäude der Diplomatik III, 5.

[11]) *Seneca* epiſt. 95; *Sueton.* Caligul. 4; *Plinius* III, 5.

[12]) *Plinius* I, 21.

tionem facit [1]). Postmodo autem in epistolis, rationibus domesticis, testamentis, codicillis, ceteris libellis, qui in ceris plerumque exarari solebant, factum est, ut literarum singularum ductus, prout aut necessitas quaedam aut opportunitas aut denique velocitatis ratio postularet [2]), inter se propius connecterentur, tum paullo obliquius delinearentur, alii supra vel subter lineam mediam producerentur, alii modo arctiores aut pressiores, modo extensiores et solutiores formas induerent.

§. 80. Non desunt inscriptiones lapidariae, quamquam seriorum solummodo temporum, in quibus, quum ceterum literis uncialibus conscriptae sunt, vestigia occurrant proclivitatis cujusdam ad literarum formas minutulas easdemque obliquiores, praecursores dicam scripturae vere cursivae, quae paullo luculentius jam conspicitur in codice nostro cerato, inprimis autem perspicue in manuscriptis Ravennatensibus seculorum V. VI. VII. apparet [3]).

§. 81. Atque primum in hoc inscriptionum genere quas Boldettius [4]), Buonarrottius [5]) aliique depinxerunt, offendit praeter positionem cunctarum literarum paullo obliquiorem literae V forma quae dam insolita, sic  et  [6]), deinde quod literae L pars inferior, quae aliter ad libramentum delineatur [7]), hic magis ad perpendiculum dirigitur, e. gr.

---

[1]) *Aelian.* Var. histor. I, 17.

[2]) *Gorius* Monum. s. Columbarium: „Scriptionis hoc genus antiquum *cursivo* dicitur longe simillimum esse, quo *communiter* utebantur, *cum vellent majori velocitate et commoditate* scribere ii qui dicebantur ταχυγράφοι, notarii latinis a notis." *Buonarrotti* (Osservazioni sopra alcuni frammenti di vasi antichi di vetro ornati di figure trovati ne' cimiterj di Roma. (Firenze 1716. 4.) pg. XVI. disserit de „una guisa già introdotta dall' uso d' una certa specie di *corsivo*, che sin d'allora dagli scrittori si praticava per *comodità* e *velocità* maggiore nello scrivere comunemente." *Seyffert* Lateinische Sprachlehre (Brandenburg 1798) I, 11: „Hätten die Römer nur die zwar schönen aber unbehülflichen Buchstaben gehabt, so hätten sie auf das Geschwindschreiben Verzicht thun müßen."


[3]) Cf. *Marini*, *Fumagalli*, *Bernhard*, atque apud *Mabillon* De re diplom. (tab. 73) et *Lambeccium* Biblioth. Caesar. VIII. plenariae securitatis charta.


[4]) *Boldetti* Osservazioni sopra i Cimiterj de' SS. Martiri ed antichi Christiani di Roma.

[5]) In l. l. (Osservazioni sopra vasi di vetro).

[6]) *Buonarrotti* l. l. pg. XXIII (inscriptio in cimeterio S. Laurentii Romae, delineata a. 1696.)


[7]) Notandum est in scripturis antiquioribus literae L lineam inferiorem vulgo ad libramentum ductam sursum vergere, ut cum altera linea ad perpendiculum demissa angulum acutum efficiat, ut v. g. apud *Boldett.* pg. IV. XXII. XVIII.  et in tabula illa aenea („tabelae ahenae" ipsa sibi nomen indit), quae senatus consultum de coërcendis Bacchanalibus continet (anni 186 *ante* Chr. n.), usu venit. Depromsimus hujus literae figuram ex egregio illius laminae exemplo quod *Steph. Endlicher*, vir singulari industria et eximia plurimarum disciplinarum notitia insignis, catalogi sui


 [1])




Codd. Manuscriptor. Bibliothecae Vindobonensis parti priori nuperrime editae adjiciendum curavit. Tabula illa literam L constanter hac figura refert  Eodem modo litera L notatur in tabula quadam aenea, haud dubie ejusdem fere aetatis, quae est in Antiquario regio *Monacensi*, cujus exemplum, quum nullum adhuc, quod ego sciam exstat, quamvis sit typis expressum (ex Lanzii Saggio II, 275. apud. *Orell.* n. 1433. et in *Grotefendi* Rudimentis linguae umbricae Hanov. 1836. II, 13) eadem magnitudine accurate delineatum hoc loco cum lectoribus communicare non alienum videtur. [In cujus verbis notes velim singulare illud E in PART*I*, DEDER*I*. Aidilis occurrit saepe (*Orell.* n. 550. 552. 553); similiter Gnaivod (i. e. Gnaeo: *Orell.* 550), Afiai, Syrai (*Orell.* 650. 4236), Provinciai Raitiai, Romai, Caicilia, Caicilianu (Orell. 488), Duelionai, haic(e)e, tabelai (Tab. Vindob. de Bacchanalibus)].

[1]) *Buonarrotti* pg. XXIV; *Boldetti* XXIV. XVIII. XL, pg. 54[b]. 60. 79, 3. 81, 2. 82, 15. 16. 17. 84, 24. 282. 298, 1. 342. 349, 2. 363, 6. 368, 5. 370, 5. 373, 1. 381, 2. 383, 3. 385, 9. 388, 2. 395. 396. 9. 399, 3. 407, 3 409, 10. 411, 3. 7. 412, 4. 427. 428, 3. 4. 433, 1. 463. 3. 466. 477, 4. 545, 2. 4. 547, 8. 555, 2. 572, 4. 573, 2582, 3; *Bartoli* Veter. sepulcra (Lugd. Batav. 1728) pg. XXVI; *Marm. Pisaur.* pg. 67. n. 166; *Pietro de Lama* Iscrizioni antiche (Parmae 1818. 4.) pg. 114, n. XLV; *Schöpflin* Mus. lapid. Tb. I. fig. 2; *Koppii* Palaeogr. crit. III, 227. 1, 111.

 [1]); ſimilique ratione forma vulgata literae G mutatur in  [2]).  [3])  [4]).

§. 85. Item varia occurrit literae F delineatio, modo rigidioribus et adſtrictis, modo vagioribus et ſinuatis formis:   [5])  [6])  [7]). etc.

§. 84. Deinde inprimis notes velim tractus illos ultra eas lineas, quibus literas unciales fingimus, productos (additicios dicam) in literis , ut in inſcriptione ſequenti [8]):

---

[1]) *Marini* Act. Frat. Arval. XXX. et 154.

[2]) *Koppii* Palaeogr. I, 114; *Boldetti* pg. 379, 2. 408, 2. 411, 3. 412, 5. 417, 2. 427. 437, 1. 547, 5. 555, 1. 572, 5; 79, 3. 87, 30. 396, 8. 406, 4. 463, 3. 492, 15. 416, 9. 418, 8. 427. 432 3, 355, 2. 572, 6. 7. 345, 3. 367, 1. 371, 1. 375, 5. 395. 405, 4. 411, 3. 573, 3.

[3]) *Buonarrotti* pg. XXV.


[4]) *Marini* Frat. Arval. tab. XXXV. et 154.

[5]) *Boldetti* pg. 368, 5. 372, 5. 453, 3; 382, 7. 433, 1. 463, 3. 477, 4. 389, 6. 396, 3. 403, 9. 482, 1. 512, 3; *Epitaphium* Artemidori anni 174 p. Chr. (in Philoſophical Transactions 1736, n. 441); *Boldetti* 388, 2 (AT F ABI L ES). 398, 5. (F LAVIVM F ILII); *Montfaucon* Diar. Ital. pg. 23. 118 (NEO F ITA). 154. 177; Acta palatin. III, 42; Evangel. latin. Vindobon. Tridento translato; *Boldetti* pg. 395; *Scarfo* Lettere nella quale vengono dilucidati varj antichi monumenti (Venet. 1739) pg. 113; *Schöpflin* Moſ. lapid. Tab. V. fig. 2; *Gori* Monument. ſ. Columbarium libert. Liviae Aug. pg. 221; *Sertor. Ursatii* ſepulchra (Lugd. Batav. 1725) pg. XXVI (Gli antichi ſepolcri. Roma 1701); *Buonarrotti* pg. XXIII. — De  graeco (ſ. Vau Phoenicium) vide *J. Franzii* Elementa Epigraphices graecae pg. 41.


[6]) *Marini* Frat. Arval. tab. XXXVI. cet.

[7]) *Marini* Fr. Arv. I, 263.

[8]) *Buonarrotti* pg. XXII; *Fabretti* Inſcript. cp. III.



Quales in aliis inſcriptionibus neceſſitate quadam vel certe opportunitate ſculpendi, etiam literis  [1]) et  [2]) et aliis adjiciuntur.

§. 85. Qui quidem ductus luculentiſſime oſtendunt, quomodo orta ſit tum plurimarum aliarum literarum forma curſiva, quae plerumque tractibus ultra legitimos illos uncialium fines productis conſpicitur, tum inprimis literae B ſingularis delineatio  [3]), quae in codice noſtro Dacico occurrit; ſed de hac infra (§. 124) accuratius.

§. 87. Ex **B** litera —  [4]) et  [5]), et 

et  [6]), et  [7]) et 


[8]) — prodiit per compendium ſcripturae

---

[1]) *Sertor. Urſatii* Monum. Patav. (Patavii 1652) p. 235. tab. aen.; *Boldetti* l. 1. pg. 408. 427. 429.

[2]) *Sertor. Urſatii* pg. 236; *Boldetti* pg. 402, 3 (graec.). 427 (lat.); *Koppii* Palaeograph. crit. III, 227.

Huc pertinent inſcriptiones Pompejanae duae, depictae in „*Bullettino* dell' inſtituto di corriſpondenza archeologica" (Romae, 1831 pg. 12 et 13), quas hic repetimus:



[3]) *Buonarrotti* pg. XXII (quam inſcriptionem ſupra delineatam tibi dedimus): bis legimus „menſibus" et „poblicum, Sabina."


[4]) *Marini* Frat. Arval. pg. XXXVI.

[5]) *Marini* pg. 49. 154.


[6]) In *Memnonis* Columna (ex annis 70 uſque 200 p. Chr.): vide *Letronne* (Inſcriptions grecques et latines du Coloſſe de Memnon) in „Transactions of the Royal Society of literature of the united kingdom" (Lond. 1832 4.) II. 1. n. 26.

[7]) *Ibid.* pg. 47. n. 23 (ex anno 194 p. Chr. 24 Febr. ſub Imp. Severo Aug. Cos. iterum).

[8]) *Ibid.* pg. 18. n. 36 (ex anno 104 p. Chr. 16 Febr.).

 [1])  [2]), quae haud raro occurrit in inſcriptionibus literis uncialibus exaratis, nec non ſic delineata:  [3]).

§. 88. Porro animadvertas quaeſo literae **D** formas illas in tabulis Fratrum Arvalium mire variatas:  [4]); nec non ex Memnonis in Aegypto columna ex anno p. Chr. n. 194 (24 Febr)  [5]), eademque vox ibidem ex anno 71 p. Chr. imperatore Veſpaſiano [6]):



§. 89. Similis forma, tamen quae magis ad curſivae genus perfectius accedat, occurrit literae **M**: 

§. 90. Invenitur porro literae **R** pars dexterior aliquanto disſolutior:



---

[1]) *Boldetti* pg. 433, 5; *Fabretti* 547, 6 (= *Orelli* n. 4721: bictoriae quae bixit). *Papyrianus* jam cognovit *b*, Priſcianus *q* (in q∘ l. e. quingenta millia), Accius *ſ* (ſerpentis), Probus (in Notis rom.) *h* cet. Cf. *Seyferti* Lateiniſche Sprachlehre I, pg. 11. §. 25.


[2]) *Buonarrotti* pg. XXIV. — [3]) *Marini* Fr. Arv. I, 263; *Koppii* Palaeogr. I, 106

[4]) *Marini* Fr. Arv. pg. 154 cet.


[5]) *Letronne* l. l. (in nota 6 pag. anteced.) pg. 47. n. 28.

[6]) I. e. „Titus Julius | Lupus, *praefectus* Aegypti | Audi, Memnonem | hora *prima* | *feliciter*" (Ibid. pg. 8. n. 59). Secutus eſt idem ille Titus Julius Tiberium Alexandrum anno 71 p. Chr., mox vero defunctus, quem ſecutus eſt Paulinus. Vide *Joſephum* bell. judaic. VII, 10, 4; *Plin.* H. N. XIX, 1; *Letronne* Recherches ſur l'Egypte pg. 232.

 [1]) et in sequenti numismate vetustissimo  [2]) vel ut posterioris temporis in numis  et in libris manuscriptis  [4]).

§. 91. In singulares etiam litera **P** abiit formas; exempli gr.  [4]) sive  [5]) et  [6]) quibuscum compares ejusdem literae delineationes, quas codex noster ceratus exhibet (§. 118. 120).

§. 92. Constat etiam literam **Q** sive **q** in miras notas variari, e. gr.  [7]) ut interdum appareat paene inversa  [8]) et  [9]) sive  [10]) vel oblique posita  [11]).

§. 93. Denique restat ut moneamus formam literae **S** dissolutiorem, jam in nomine codicis nostri apparere literis majusculis scripto  [12]) i. e. C(aji) Secundini; eodem fere modo notatam  [13]) sive   [14]) sive  [15]) et  [16]) et  [17]) occurrere hanc literam in inscriptionibus plurimis.

---

[1]) *Tabul. Eugubin.* cet.; *Marini* Frat. Arval. XXXVI. XL. et pg. 154. cet.; *Boldetti* 381, 2. 391, 5; *Brenemanni* Historia pandectorum seu fatum exemplaris Florent. (Traject. 1722. 4.) pg. 109 et *Museum Rhenan.* Phillolog. V, 2 (1837) pg. 105.

[2]) i. e. ROMA. Vide *Koppii* III, 242 (ex Journal des Savans 1684. Jan. ad pg. 81).

[3]) Novum opus diplom. II, tab. 28. II, 11.

[4]) *Pond. Florent*; Nov. op. diplom. III. tab. 35 II.

[5]) *Boldetti* pg. 24. Literae *P* partem superiorem semper apertam exhibet quoque tabula illa aenea, de qua supra (pg. 30 adnot. 7) egimus, Vindobonensis: , ut vides e. gr. una cum illo *L* sursum vergente in verbo  i. e. *PLUS.*

[6]) *Marini* Fr. Arv. XXXVI. 41. 263.

[7]) *Ibid.* XL.

[8]) *Boldetti* pg. 372, 1. 386, 3. 388, 7. 555, 1 (cum inversa  i. e. L). — [9]) *Ibid.* pg. 373, 3.

[10]) *Marini* Fr. Arv. 154. — [11]) *Ibid.* 1, 263.

[12]) Tabul. secund. dextrorsum cerae parte arctiore.

[13]) *Boldetti* pg. 343, 4. 352 (sexies in una lapide). 381, 2. 401, 9 (ter). 418, 8. 12. 428, 1 (quater.) 429, 8 (ter). 461, 3; *Marini* Fr. Arv. I, 263.

[14]) *Buonarr.* l. l. pg. XXIII. cet.; *Bold.* l. l. pg. 381, 2. 428, 1. 429. 446, 5. 381, 2 cet.; *Koppii* I, 114.

[15]) *Boldetti* 429, 8. — [16]) *Ibid.* 446, 5. 429. — [17]) *Ibid.* 446, 5 (*fvva*).

§. 94. Jam accuratius videamus eas infcriptiones lapidibus plerumque aut laterculis infculptas, in quibus ipfarum curfivarum literarum earumque inter fe magis *connexarum* veftigia occurrunt. Atque proferam has infcriptiones fic difpofitas, prout qualiter naturam curfivae magis induiffe mihi vifum eft.



§. 95. Cujus generis inter pauca exempla vetuftiffima videtur infcriptio quaedam in marmore incifa, Romae in coemeterio quod dicunt S. Cyriaci, anno 1700 reperta, quae Mercurii cujusdam in filiam Gaudentiam epitaphium continet et ut Confulum nomina in fine appofita declarant, ad annum p. Chr. n. 308 vel 309 referenda eft. Hujus infcriptionis extremam partem ad fimilitudinem vetufti exemplaris juxta ipfe excudi [1]):

I. e. ANIMAE INNOCEN|TI GAVDENTIAE, QVE VI|XIT σ AN(nos) V(.) M(enfes)

---

[1]) Ex *Boldetti*, qui reperit lapidem, delineatione (pag. 81, 10 83, 22. 84.), quam excudendam curavit menfura lapidis literarumque originali. Denuo excufa eft haec infcriptio, quamquam menfura multo minore apud *Buonarrotti* (Offervazioni pg. XVI) et *Mabillon* (De re diplomat. fuppl. pg. 113. 111), unde iterata apud *Koppium* (Palaeograph. critic. I, 114). At exemplar Boldettianum et Buonarrottianum quantum inter fe differunt: nihilominus hic fuum dicit exemplar „puntualmente calcato e come ftampato full' infcrizione medefima mi fu mandato da Monfignor Bianchini."

VII. Ꝺ(ies) [1]) XXI IN PACE | *mercuriuſ pater filiae* d(*epoſitae*) [2]) *V* [3]) *iduſ novemb(.) urſo et polemio coſſ(.)*

§. 96. In ultima hujus inſcriptionis linea, qua inciſor ſpatii anguſtiis coactus minore menſura uſus eſſe videtur [4]), praeter reliquos ductus quidam offendunt et illis, quos codex noſter exhibet, ſimillimi et fere prorſus ad perfectius curſivae genus expreſſi (p n b d e), ceterarum M (m) R (r r) forma illa quaſi diſtinctiore, F (f) poſitione proniore, inprimis S (ſ ſ ſ ſ, praeter ſſ.); apparent quoque literarum quarundam inter ſe *junctarum* veſtigia: (er) (ſi) (li) (et) (ter) [5]), quamquam et disjunctae occurrunt et ſequens


---

[1]) Ut apud *Boldetti* 429. 431. 432. 443. 546, 1. 547, 7. 582, 2.

[2]) Ut ſaepiſſime, a. g. in *Gori* Inſcriptt. I, 168. n. 134 (depoſita). II, 4. n. 51 (depos.); *Boldetti* 394, 4. (dep.). 402, 1 (d. p. s). 454, 3 (Ꝺp). 418, 7 (ꝹPE) 82, 14. 86, 29. 342. 343. 346. 430 cet.; *Murator.* Theſ. V, 2102 cet.

[3]) Minime VI, quod Bunnarrottio et Mabillonio viſum eſt. Rectius *Boldetti* pg. 84; ut in 7 III (*Ibid.* 403, 1. 411, 7. 478, 1. 494, 11) 7 III (460, 1) 77 (442) X4 (385, 9) X4 III (381, 3 4) XX4 (400, 6) XXX4 (429, 3) LXXX7I (555, 2). Sed cf. Ser4Of AGOS (446, 5).

[4]) Idem fere eveniſſe videtur in lapide quodam in memoriam S. Lanni martyris poſito, cujus exemplar apud *Boldettium* pg. 146 habes, ubi voces ultimae DIOCLET*jano Paſſus* in curſivas exeunt literas:



[5]) Similiter jam in tabulis fratrum Arvalium (apud *Marinum* pg. XLI. cet): (at) et , et (li), et in inſcriptionibus graecis e. gr. apud Odericum (Diſſ. pg. 28) i. e. *πίστις*.

(ᴧᴧ) nec non diverſa d.d. et b; necdum invenitur forma illa inſolentiſſima literae *e*, quam in libello noſtro conſtantiſſime ſemper recurrentem videmus (ɛɛɛ), quum illic adhuc ad ſimilitudinem, ut convenit, literae C (CC), notetur E (ɛɛɛɛ) et ϵϵϵϵϵϵ ex graeco [1]), ſicut in aliis inſcriptionibus plerumque occurrit.

§. 97. Adhibetur tamen faepiſſime etiam duplex I (II) pro E, ut in inſcriptione, quam in margine appoſuimus [2]):



i. e. D(is) M(anibus) PeTOA—|TICI A(nnor.) LXXX| eT MeDDILe|CONIVGI A(nnor.) LX | FORTIO eLIVS| F(aciundum) C(uravit). [3])

§. 98. Quadrat ad hoc genus altera quoque inſcriptio, quae eſt Mediolani, his verbis:

D. M. | I. M. VAAHRIANVS | SIIXTIAIO . TIIRIIOAO | PATRII . IIT. SIIXTIAIVS| VIIRVS. P. BIINII MIIRIINTI [4]).

§. 99. Porro tertia talis:

. . . . AN | DIS MAN VOʎVSS| VIINVSTAII . IIT . VITIIʎʎIAII. PRI|MIGIINIAII . ʎ . VITIʎʎIUS |

---

[1]) *Boldetti* 86, 26. 182. 348, 4. 365, 5. 428, 1. 2. 430. 431. 434, 1. 443, 1; in graecis inſcriptionibus 430, 13. Similiter L graecum (*Boldetti* pg. 342) (ΛλλλΛ) in latinis occurrit inſcriptionibus 424 367, 3. 368, 4. 424. 2. 425, 1 et inverſam (ʎ) (*Scarfo* l. l. pg. 113). Contra in graecis lapidibus vides illud l, de quo ſupra §. 81. egimus. Cf. e. gr. Bullottino dell' Inſtituto di Correſpondenza archeologica (Romae 1835) pg. 60 et 62 (inſcr. Athen.) et Corp. Inſcript. n. 139. 143.

[2]) Ubi notandae praeterea ſingulares figurae literarum F (K) et G (C) et L (L).

[3]) *Koppii* Palaeogr. crit. 1, 84 (ubi laudantur plures tales lapides ex *Grutero*, *Reineſio*, *Urſatio*, ceteris) ex Act. pal. VI, pg. 83; cujus inſcriptionis lapis exſtat in Antiquario Manheim. N. 85, ſecundum G. Fr. *Graeff* Das Groſsherzogliche Antiquarium in Mannheim. I. (Manh. 1837. 8.) pg. 43, ubi „*filius*" pro „elius."

[4]) *Gruter*. 741, 9. = *Boldetti* 424, 2. *Fabretti* 285; *Orelli* n. 4612. *Ejusd*. n. 1500 (DIIDRO i. e. dederunt). 2065 (ORNAMIINTIS). Cf. MONVMIINTVM (ex Pompejo) in noſtro §. 137. Apud *Boldettium* alia ſunt exempla: PRIMIGIINIO BIINIIMIIRIINTI (424) et Q. CAIICILIVS | Q. L. | AIINIBVRA | X. VALIIRIVS . SIIX . F. | SIBI . IIT . SIICVNDAII | VALIIRIAII . M . F. | VXORI. (424, 1).

ONIISIMVS . BIINII . MIIRIINTI | BVS.... FICIT [4]);. ubi in verbis Vitllius et Fіcit ipſa litera I pro II (e) adhibitam videmus, ut FIBRVAR apud Orellium [2]) et FONTIS [3]), COLLIGIVM [4]), POTIS [5]).

§. 100. Quartam praebet Steineri Codex inſcriptionum roman. rhenan. [6]):

DIANAII
OSTIAII
PRIMAII
SINECIAII
IIX NVMIIRO

Quinta denique ex quodam plumbo, invento una cum urna facta ex terra coctili [7]), inverſe a dextra ad ſiniſtram ſic legenda inſcriptio: ANTHSTIA(II) | SABINAIII VI|BIA POLITICII CL|YMIINII CAM|BOSA PIA(M) | A FELICISSV|MA OPPIA| SILVINA| DICATA.



§. 101. Poſt has proximum locum ſibi vindicat inſcriptio inſculpta ſtatuae Muſae cujusdam Florentiae ſervatae, quam ſecundum Buonarrottium [8]) typis ligneis incidimus et in linea ſequenti excudendam curavimus:



i. e opvſ aTTICIaNIſ AFROdiſiENIſ.

§. 102. In hac primum univerſas quidem literarum notas ad curſivam perfectiorem magis accedere, quam in prioribus neminem latebit; inter ſingulos deinde ductus notatu digniſſimi videntur  (f)  (s)  (t)  (d)  (p, figura ultra finem inferiorem demiſſa)  (r, forma illa, quam ſaepius vidimus diſſolutiore). Litera A, alias angulatis magis figuris  [9]) deſcripta, in hac

---

[1]) *Scarfo* Lettera (Venet. 1737). pg. 113.

[2]) *Orelli* n. 4715. — [3]) *Orelli* n. 3121. — [4]) *Orelli* n. 5016. — [5]) *Orelli* n. 5076. Fortaſſe et n. 434.

[6]) *Steiner*, 1837.


[7]) *Lanzi* Saggio di lingua etruſca II, Tab. XVI (III, pg. 656).

[8]) *Buonarrotti* pg. XXI et XVIII, ex quo et apud *Koppium* Palaeogr. I, 115. Minore magnitudine ſic *Lanzius* (Notizie della ſcultura degli Antichi 1824. 8 tab. VI, 3) incidi curavit et hic reddidi .


[9]) *Boldetti* pg. 429 418; *Marmor. Piſaur.* 72, 18. — De  graeco vide *J. Franzii* Epigraph. graec. pg. 40.

inscriptione rotundiorem habet formam ꝺ, quae in codice nostro cerato significat literam D (hic autem litera D aliter notatur).

§. 103. Eodem modo delineata litera A etiam in inscriptione latina, cujus exemplum in margine appositum habes, occurrit:




i. e. „Domiti*anus*| in pace ....|lea fecit[1])." Nec non in hac altera inscriptione:



i. e. „In pace a(nima) dulcis Paul(i n.) presbyteri sanctae Priscillae [2])."

§. 104. Idem ꝺ recurrit in duabus aliis epitaphiorum inscriptionibus, quas a Boldettio depictas, alteram in coemeterio *S. Calixti*, alteram *S. Agnetis*, anno 1712 utramque Romae repertam [3]) iteravimus. Illius haec sunt verba:



i. e. „AnasTasia | iN PACE ‖ dEposita anastasia VIII.... CE", in quibus praeter ꝺꝺ (i. e. *a*) et singulares literae *s* offendunt figurae (ᛁ,ſ), nec non hujus literae cum *t* connexio apparet (ſT).

§. 105. Altera inscriptio difficilior interpretatu exhibet ꝺ, fortasse et ꝺꝺ et ꝺ, quae cuncta literam A notent; tum Ꞇ (*u*?) C (*g*) ſ (*s*, juxta s), ‖ et I (*e*)[4]). Est vero haec:


---

[1]) Ex *Buonarrotti* XXI. *Koppius* I, 111. qui in prima linea legens *dormit* R. involutum vult in litera M, sed non explicata post *domit* literâ I (Dormit *i* | *in pace!*).

[2]) *Marmora Pisaurensia* (Pisauri 1738 fol.) pg. 67. n. CLXV.

[3]) *Boldetti* 434, 2. 3.

[4]) *Boldettius* sic legi vult: *Letanti anima dulcis domini* X | *In Pace D Sexto Kal. Aug. bene merenti in p* | *V ANN*]. — Rectius fortasse: *Ael. Ant*(i) *anima* . . . , *domini* | Imp. *Ac* | *Sexto Kal. Auc.* | •bnimri (i. e. bene merenti) *in p*(ace) ‖ *b*(ixit) *a*(nnos) I (*s*. V. L) *m*(enses) X.



Ceterum alibi in alias formas litera A abiit, ut λ ∂ ∂,[1]) etiam apertius ∂[2]), imo et ∂[3]).

§. 106. Sequitur jam et ordine, quem propofuimus, infcriptio quaedam, Imperatore Marco Aurelio noftro exarata, cujus fpecimen juxta adjecimus[4]).

[1]) Corfini Not. graec. diff. II, XXIII; Boldetti 364, 2. 433. 346. 547, 8.

[2]) Boldetti 346, 5, et in Graecia ∂ ∂ ∂ (Oderici Diff. pg. 28, ubi Δ eft ∂). Viderunt Anglus G. F. Grey (Transactions of the royal Society of literature of the united kingdom. Lond. Murray, 1832. II, 1. pg. 147) et Gallus Leo Laborde (Voyage de l'Arabie petrée. Paris, 1830. pg. 69) et delineaverunt in montis Sinai valle, cui nomen eft barbarum Waady El Mukotteb f. Ouadi Mokatteb permultas infcriptiones incifas f. irrafas lapidi rubro ac molli, characteribus et ignotiffimis et graecis atque latinis fcriptas, haud dubie a militibus exercitus romani mixti, qui nominis fui memoriam haud gloriofi immortalem reddere voluerunt. In quibus (tertia apud Grey) haec eft:

+M Ν
ΖΑΧΑΡΙΑC ΠΙC
ΑΝΔΡ
ΕΑC

i. e. Μν(ησθῇ) Ζαχαριας Πισ||Ανδρ|εας. Altera (Greyi quarta) haec eft:

ΜΝΗCΘΗ ΑΥΡΗΛΙΟC
ΒΟΡΑΙΟC·ΧΑΛΒΟΥ

i. e. μνησθῃ Αυρηλιος Βοραιος Χαλβου. Alia infcriptio Μνησθωσιν| ανδρες δυο αδελ|φοι Αμβροχαι Αλι|τος υιοι ηρωδου. Legimus ibi et Μνησθ ... Μουσης Σαμουηλ; Μνης ... ΙΟΥΛΙΟC ΟΡ ..., + ΑΙΝΙΑΣ.

Legimus et infcriptionem latinam (Grey n. 10.):

CESSENTSYRI
ANTELATINOS
ROMANOS

i. e. „Ceffent Syri ante Latinos Romanos."

Simile quid in n. 3.:

ΚΑΚΟΝ ΓΕΝΟC ΟΥΤΟC
CΤΡΑΤΙωΤΗC ΕΓΡΑΨΑ
ΠΑΝΕΜΙ ΧΙ

(quae verba Labordius pejus depinxit ΚΑΚΟΝ ΓΕΛΟC ΛΟΥΤΟC CΤΡΑΤΙΩΤΗC ΕΓΡΑ ΤΑΤΟ ..+.. ΛΟC). Aliam infcriptionem latinam epitaphicam Labordius invenit Petrae Arabiae petraeae urbe (pg. 59): Quintus Praetextus Florentius, qui mortuus eft Petrae fub Adriano f. Antonino Pio.

[3]) IN PΩCE SVB O | G. KΩ L. fL. p | TE9BRE (Boldetti 833b). Haec eadem Ω valet et m et u in ΩARCOſ QΩI BIſ IT ANNIſ V MEſ IIII. IN PACE QVIEſ CIT. — [4]) Boldetti 434, 2. 3.

[4]) Marini (Act. Frat. Arval. I, 263) totam infcriptionem in magnitudine originali delineavit, cujus nos dedimus imaginem diminutam.




i. e. „D(is) M(anibus) *Pupus* [1]) Torquatianus | filius *b*onus, qui femper | *p*arentibus o*b*fequens | vixit annis VIII. m(enfibus) VIII. D(iebus) XIII. |

[1]) *Pupus*, inde Pupius, Pupianus, Pupidius (ut in infcriptione portae Pompejanae ofca: *Mazois* Les ruines de Pompei: P. I, tab. XXXVII, fig. 11).


Item alius *P*u*p*us Laetianus, qui | idem fil(ius) *b*onus et o*b*fequens | idem parentibus vixit annis | V. V. (?) m(enfibus) VI. D(iebus) VI — Pofuerunt Ga|ianus et Eucharis *p*arentes | fili(i)s *d*ulciffimis, fed non hoc | merentes a vo*b*is, qui fi*d*i fenfe|runt. III. I*d*vf. fe*p*t. ex qui*d*uf unuf | vixit in | XI. Kal. Oct. et alius in III. Kal(endas) easdem."

§. 107. Invenies ibi *S* et *R* figura productiore, *P* fluxius delineata (), obliquius *F*, et *Q* pronius pofita (); curfivas denique notas pro *B*. Litera vero *A*. *E* nonnifi fignis folitis notatae occurrunt.

§. 108. Mire autem factum eft, ut hae flexiores et disfolutiores literarum fpecies, quibus tum jam in marmoribus locum vindicatum effe pluribus exemplis vidimus, fere omnes in fcripto quodam vel feculi fexti obtinuerint; codicem intelligo Harmoniae (ut dicunt) quatuor Evangeliftarum membranaceum Fuldenfem [1]), exaratum anno p. Chr. 546 (Indict. IX), in quo poffefforis manufcripta leguntur haec verba:




i. e. ✝ *Victor famulus* $\overline{Xpi}$ *et ejus gratia* $\overline{episc}$ | *Capuae legi VI* (f. V.) *non*(*as*) *maj.* *d*(ie) *ind*(ictione) *n*. o|*n a*(nnos) *q*·*inq*(ue). $\overline{p}$(oft) *c*(onfulatum) *Bafilii V*(iri) $\overline{C}$. *G*. [2])

§. 109. Inprimis notes velim temporis rationem: defcriptum annis poft confulatum ultimi confulis Romani, Bafilii illius Junioris, de quo fupra (§. 30.) egimus fufius, tum non omittendae literarum *v. r. f. g. b. d. l. m.* delineationes fingulares  nexusque literarum  (i. e. *ep*, *fi*, *us*).

§. 110. His addamus fcripturae quaedam exempla, quae et materiae, cui funt credita, natura et literarum, quae in illis occurrunt, fpecie ceras noftras latinas jam propius attingant. Sunt enim lateres aliquot terra coctili ducti,

---

[1]) Vide *Schannati* Vindemias literarias Fuldens. 1723. fol. pg. 120; ex quibus *Koppius* in Palaeographia critica. Codex reftat Fuldae.

[2]) Alio loco idem fubfcripfit  i. e. *legi* et  i. e. *meum* (fignum) crucis.

cui priusquam coqueretur, literae quaedam, id quod facillime fieri potuit, imprimebantur.

§. 111. Praesto mihi sunt haec scribenti (Thierschio procurante) permultae cujusvis magnitudinis paterae, conservatae nunc quidem in Antiquario Regio Monacensi, opera figlina confectae, terra coctili rutila, quae sunt tanta adhuc munditie et incolumitate, ut modo e fornace promptas crederes. Inventae sunt nuperrime apud Tabernas Rhenanas, ubi per aliquot annos plurimae figulorum quondam Romanorum fornaces officinaeque erutae sunt. His nomina figulorum tum formarum ope (id quo saepius occurrit) ita impressae sunt, ut literae aut promineant [1]) ut [·PRIMITIVOSI] sive [PIIRVINCVS] [2]) i. e. Pervincus [3]), aut demissae appareant, ubi plerumque inversae conspiciuntur ; tum quod magis nostra refert cognoscere, stylo, antequam argilla coqueretur, leviter incisas videmus; quod genus scripturae literarum, quibus cerae nostrae conscriptae sunt, naturae omnino simillimum esse nemo erit qui negat.

§. 112. Hoc modo nomen M. cujusdam Juliani, quem officinam figlinam






habuisse probabile est, in compluribus illarum paterarum stylo incisum est, cujus nominis tria exempla eadem magnitudine descripta apponere sufficiet. Alii paterae, qua praeterea literae [BEATIONI] caelatae promineant, stylo incisum legitur Januco sive Janus o:

---

[1]) Sicut simillime delineatum illud nomen DOCCIVS in tabula XXIX, 7. in *Lysonis* Reliquiis Britannico-Romanis. Vol. II.


[2]) En tibi illud e simpliciter duabus lineis (II) notatum, de quo supra §. 96 — 99. egimus.

[3]) ut *Pervincius* apud *Kellermann* (Vigilum romanor. latercul. Romae, 1835) pg. 228, 3. 128, 4.



In alia tantum COMI. Alia denique magnis ductibus literas exhibet, quarum primam esse literam **R** non dubitandum, itaque legendum *Res*:




§. 113. Sed redeamus ad lateres [1]) istos, qui nobis scripturam stylo incisam vel penicillo delineatam praebeant. Horum unum, qui servatur in Museo nobb. DD. e Victoriis, Gorius accuratius descripsit atque exemplar adjecit [2]), alios ad superiorem partem *Anisii* effossos et in arce principali Auersbergiorum, quae vocatur *Enseck*, repositos obiter jam Kurtzius commemoravit [3]), unius etiam delineationem Steinbüchelius nuper in publicum edidit [4]), quam nos iteravimus:  .

§. 114. Hujusce lateris inscriptio incipere videtur ductu quodam literae *R*

---

[1]) Nec non vasa fictilia posteaque coquenda. *Cf. Doni* Inscriptiones (Florent. 1731. f.) pg. LXXXIII, ubi in amphora vinaria praeter alias literas *e. l. l. p.* sane styli currentis sunt vestigia haec:



[2]) *Gori* Monumentum sive Columbarium libertorum et servorum Liviae Augustae et Caesarum Romae detectum via Appia anno 1726 (Florentiae, 1727. fol.) pg. 58.


[3]) Kurtz Beyträge zur Geschichte des Landes Oesterreich ob der Ens T. III, p. XV.

[4]) Wiener Jahrbücher der Literatur 1820. (Tom. XII). Anzeigeblatt pg. 16—17.

[1]), qua in ceris noſtris notatur figura, ſimillimo. Sequitur deinde (post *o*) haud dubie *g* ( ) et *ſ* ( ), poſt quae fortaſſe legendum (*r*egio) XX, ut in alius cujusdam lateris fragmento, quod Steinbüchelius etiam deſcripſit, apertiſſime apparet *LEG.* III. Poſt iſtas literas denique haud dignoſcas *h* ( ).

§. 115. Ceterum literae in hoc latere debentur ſtylo; in illo quem Gorius delineavit, penicillo et atramento. Cum vero et ſtylus et penicillus antequam terra coqueretur eti gne obduraretur, itaque materiae molli et lentae adhibitus ſit, et inprimis penicilli fere eadem ſit natura et uſus ac calami [2]), quo nos utimur, neceſſario factum eſt ut literarum ductus aliquantum inclinarentur et inter ſe connecterentur, quod contrario modo in ſculpendo accidere videmus. Haec eſt eadem ratio, quae etiam in cera inſcribenda intercedit; unde facile apparet quare hi lateres ſcripturae genere ad cerarum noſtrarum ſimilitudinem proxime accedant [3]), id quod hoc uno fragmento ſatis demonſtraſſe nobis videmur:



§. 116. Ex ſingulis literarum ductibus notemus in hoc latere Gorii *ſ. t. n.* ( ) forma fluxiore, ultra fines uncialium demiſſum, cum literis ſequentibus connexum; praeſertim vero inſolitam illam literae *e* ( ) figuram, quam in ceris noſtris vulgo uſurpari ſaepius monuimus. Nam cum Gorio, qui legit „Ruſtitius ſerbus" omnino facere non poſſum, ſed mihi quidem in prioribus literis aperte ineſſe videtur Stertinj (i. e. Stertinii), quod nomen etiam in Codice noſtro cerato occurrit  (i. e. Stertinj Ruſticj). De reliquis ſtatuendum ego quidem dubito aliisque dijudicandum relinquo [4]).

---


[1]) Sive *P* literae.

[2]) De *calamo* (arboris) jam adhibito cf. *Iſidorus* in Orig. VI, 14; de *penna* vide *Juvenal.* Satyr. VI.

[3]) Similiter inſcriptio, quam ſupra (pg. 46) laudavimus, in *Lannium* martyrem, quum et ipſa in terra coctili (*terra cotta* hodie ab italis vocatur) transitum quendam exhibet e majuscula in minusculam eandemque *curſivam*.

[4]) Fortaſſe *Sterting faber;* atque hoc ita, ſive (*ſ*), ſive (*a*), (*b*).

§. 117. Egregie autem ad ſimilitudinem noſtri (e) expreſſam videmus hanc literam, ſimulque (a) et (r) figuras accuratiſſima inter ſe diſtinctione notabiles in alio quodam latere Romano rubro, *Sabariae* Ungariae oppido reperto (ubi ex ſepulcris Romanorum plurima antiquitatis monumenta aurea, argentea, ſuccinea, eborea, vitrea cet. eruta ſunt), nunc quidem in Muſeo regni Hungarici Peſtinenſi ſervato. Altus eſt digitos 18, latus 12, craſſus duo cum dimidio; inſcriptus literis partim curſivis. Exhibet haec nomina cum ſtriis [1]) quibusdam ad ſingula nomina adjectis:



§. 118. Jam vero per haec ſcripturae exempla, quae nobiſcum, amiciſſime lector, perluſtraſti, ſingula ſingulis gradibus ad curſivam magis progredientia eo te deduxiſſe videmur, ut ad ipſas ceras noſtras accedere literarumque, quibus perſcriptae ſunt, figuras accuratius examinare poſſimus; quas tibi primum cunctas ſimul vulgari ordine diſpoſitas proponimus:

(e) (r, ut in praecedente nomine Stertiali). Sed veriſimilius eſt genitivum caſum explicari, ut ſupra (§. 112.) *Juliani.*

[1]) *Striis* illis Jancovichius literis ad me miſſis (pg. 28 adnotat. 2), quoniam ſub ejusdemmodi lateribus oſſa et cineres reperti fuerint, annos aetatis horum quos putat defunctorum puerorum ſignificari cenſet. Sed neſcio an minus recte; mihi quidem unus idemque vir „*Tertius Candidus Victor, Verna martialis*" notari videtur. Addidit Jancovichius v. n. in literis illis plures ejusmodi teſſeras eſſe penes D. *Bitnitz* profeſſorem matheſeos in Lyceo Caeſareo Regio Sabarienſi, cui „volupe eſſet, ſi quis impuliſſet, cum vv. dd. communicare." Quod equidem hiſce factum volo.

A.	[illegible]	I.	[illegible]	R.	[illegible]
B.	[illegible]	K.	. . . . .	S.	[illegible]
C.	[illegible]	L.	[illegible]	T.	[illegible]
D.	[illegible]	M.	[illegible]	U. V.	[illegible]
E.	[illegible]	N.	[illegible]	X.	[illegible]
F.	[illegible]	O.	[illegible]	Y.	. . . . .
G.	[illegible]	P.	[illegible]	Z.	. . . . .
H.	[illegible]	Q.	[illegible]		

§. 119. Jam videamus fingula. Primum offendunt in ferie illa literae [illegible], [illegible], [illegible], [illegible] inter reliquarum formam aut majusculam aut magis curfivam notis minnutulis delineatae. Literae **I**, ([illegible]) ductum transverfum additicio vides auctum, finem inferiorem fere ad perpendiculum aliquantulum fuperante. In utramque partem fupra fines legitimos ductibus additiciis profertur litera **S** ([illegible]).

§. 120. **P** ([illegible]) plerumque forma eft majuscula, intra fines legitimos inclufa; verum ubi fequentibus annectitur literis, pars dexterior vulgo curvata fere ad libramentum expanditur: [illegible] (i. e. *p*), [illegible] (i. e. *pr*). Similiter difficta apparet hujus literae forma in infcriptionibus [illegible] [1]).

§. 121. Litera vocalis **O** plerumque et minor([illegible]) eft et annexa vel fequentibus, e. gr. [illegible] (i. e. *or*) vel antecedentibus, ut [illegible], (i. e. *to*).

[1]) *Maffei* Hiftor. diplom. 38, tab. II: RECE[illegible]IT; Nov. acta diplomat. III., tab. 85. VI. 3: CAE_ CILI CY[illegible]RI[illegible]NI; Tabul. Eugubin. 27.

§. 122. Literae **H** (…) **T**, (…), **R** (…), **Q** (…) forma funt minuscula eademque curfiva; quorum … et … ultra finem inferiorem defcendunt.

§. 123. Eodem modo litera **M** forma curfiva occurrit (…), fingulis ductibus paullo fluxius delineatis, prout erat ex ufu manus feftinantis [1]).

§. 124. Eadem in fcribendo opportunitatis ratio confpicitur in notanda litera **E** (…), quam conftantiffime duobus ductibus inter fe haud fere cohaerentibus defcribi faepius jam monuimus (§. 97. 100. 116. 117). Sive profectum effe putamus a forma illa …, ut partem finiftram paullatim in lineam rectiorem expanfam effe fingamus, five quod mihi probabilius videtur, derivanda eft ab illo **II** (E), quod hic illic in infcriptionibus deprehenfimus (§. 97—100).

§. 125. Litera **V** (…) literarum *u* et *v* fimul partes agit. Litera **J** five *i* longius (…) in fine verborum faepius vicem gerit bis ponendi (J v l j magifterj, collegj, collegjf, fvnераticjf). Ceterum litera *i* neque virgula (*í*, ut pofthac pere fit) neque puncto notatur.

§. 126. Offendit porro in utroque textu fingulare illud … curfivum, quod ut ita dicam tempus fuum, quo apparere confentaneum erat, curfu quafi praevertiffe videtur, accuratiffime ubique diftinctum a litera majuscula … (*d*). Notat autem illud … literam **B**, ficque haud raro et in vocibus a… eif, (a*b* eis), a… erat (a*b*erat), a…uerat (ha*b*uerat) cet., et in nominibus Al…urnum et Al… majori ufitatur, de quibus copiofius infra dicemus.

§. 127. Hinc egregie explicatur, quomodo factum fit, ut pofteriorum feculorum literis publicis nullo jam harum notarum fervato difcrimine fignum *d*, eadem qua nos utimur forma, promifcue inferviret literis D et B fcribendis, ut „ar*d*os (arva), fu*d* die, ro*d*orandum;" cujus permutationis exempla inprimis et documentum venditionis Gothicum Ravenna Neapolim translatum, quod con-

---

[1]) In fine verfuum literarum *m*, *r*. *t*. *e*. etc. ultimus ductus ufque ad marginem faepius prolongatur, fic … , … , … , … .

ſtanter ſcribit „ſid̕j" (ſibi) et lin. 31. cum 75 „ſcri*d*endum" [1]) et nota illa Odoacri regis donatio anno 489 p. Chr. n. conſcripta, antiquiſſimum rerum germanicarum teſtimonium, plurima exhibet [2]).

§. 128. Ceterum ſi quis dubitet, quomodo orta ſit iſta literae B nota ſingularis et fere inverſa, ex variis hujus literae figuris, quas ſupra (§. 66. 67.) propoſuimus [3]), facile apparet derivandam eſſe ex ſigno illo , unde poſtea , denique factum eſſe quisque videt.

§. 129. Sequitur jam ut de literarum inter ſe connexu loquamur. Cum enim cunctarum literarum inclinatio quaedam appareat, qua inter ſe jungi contendunt, ut (i. e. *erant)*, , tum certae quaedam literae certos ſive cum praecedentibus ſive cum ſequentibus nexus ineunt, quos in ordinem quendam redactos exhibebimus. Et primum quidem de vocalium cum conſonantibus juncturis, quae frequentiſſime occurrunt dicemus, tum de conſonantium inter ſe nexu, quod genus rariora ſunt exempla, pauca addemus.

§. 130. Quod priusquam aggrediamur, pauca lectoribus praecipienda eſſe videntur. Primum ſaepiſſime nexum admittunt literae *d, f, g, m, p, r, t* (e. gr. , i. e. *pe, ti* [4]); ut nonnunquam etiam ternae vel quaternae cohaereant, ut (*....terj*), (*pre*), (*maj....*).

---

[1]) Vide *Maſsmanni* Die gothiſchen Urkunden von Neapel und Arezzo (Vindoboo. apud Beckiom. 1836. fol).

[2]) *Ibidem* Linea 6: „Judeatiſ, ſuſcridſit, ſcridſit; L. 7: nodiſcum, iodeatis, nodilitati; L. 8: ſcri*d*tum, ſuſcri*d*ſerit; L. 11: ſu*d*iimiſ; L. 13: du*d*li; L. 15: omni*d*uſ, pertinenti*d*uſ, tranſcri*d*imuſ; L. 17: ſcri*d*endum; L. 16: no*d*iſ, ſuſcri*d*ere, tri*d*uentaſ, actioni*d*oſ, tri*d*uia; L. 19: Pro*d*ino, ſuſcri*d*tjo, ſu*d*iimitatem; L. 21: nodiſcum; L. 22: no*d*ilitatj, conſcri*d*ta; L. 23: ſuſcri*d*ſiſſe, a*d*ſqua; L. 25: ſcri*d*tum; L. 26: ſuſcri*d*ſit etc. Deniqne etiam L. 9: *d*eneratione (pro beneratione, venerationa) et L. 23: no*d*it (novit). Ex hoc uſu ſcribendi *d* pro *b* intelligitur illud „rogadus a*d*," quod ſaepiſſime jam in Langobardicis occurrit literis publicis, ut apud *Fumagallum* (Cod. diplom. S. Ambros. 1805) p. 2 (anni 721). 12 (a. 725). 15 (a. 735). 28 (757). 258 (847). 276 (850) cet. „*Ab*" occurrit ibidem pg. 25 (a. 748); ſimplex *A* pg. 21 (a. 742).


[3]) Tabula Fratr. Arval. apud Marinum, quam ſupra pg. 51 depinximus, „ſi*d*i vo*d*is, o*d*ſequens;" inverſum 6 literam *d* ſignificat in nomine HELPIбEPHORVS apud *Boldettium* (366, 14), eodem nomine apud *Kellermann* (Vigilum romanorum latercula duo caelimontana. Romae, 1835. fol.) pg. 230. not.

[4]) Cujus inclinationis quaſi leviſſima ſunt veſtigia in juncturis (dv) (bv) (tv) (fv) (ai) (ei) (bi) (ci) (gi) (li) (mi) et (ſi) et (ni). Cf. ſupra §. 96.



§. 131. Deinde notandum in hoc genere literam **A** folummodo notari linea oblique ad dextram verfus demiffa (\) et minima curvatione ultimi literae *m* tractus ad finiftram verfus, e. g. (*ma*), paululumque tantum differre a litera **E** absque nexu fcripta, e. gr. (*me*).

§. 132. Denique eft ubi eaedem literae, quae alias inter fe connectuntur, etiam feparatim absque copula fcriptae occurrant, ut (*ra*) (*re*) (*ri*) (*ro*) (*ru*); contra non defunt loca, quibus ea quae pro fenfu fejungi debeant, connexa videamus, ut (*ad Alb...*) five (*Act. Alb. majori*).

§. 133. Itaque fequitur index ifte literarum inter fe connexarum, in quo praeter nonnulla ut ita dicam ἅπαξ γραφόμενα, haec juncturarum genera funt enumeranda:




§. 134. Vocalis **O** conjungitur etiam cum fequente *r* hoc modo ( ), unde cum annexo *t* praecedente fit (*tor*) et cum annexo fuccedente *i* ( ) i. e. (*orj*).

§. 135. Confonantium inter fe, quae occurrunt, copulationes hae funt: *g* et *n* (), *b* et *r* (), *t* et *r* (), *d* et *r* ()[1]), *p* et *r* ()[2]), *p* et *l* (), ubi vides literae *p*, parte dexteriore in lineam rectam expanfa, figuram fic mutari, ut primo afpectu vix agnofcatur.

§. 136. Notas Tironianas fuerunt qui a Tirone Ciceronis liberto nomen et originem duxiffe cenferent; nuperrime divus KOPPIVS nofter a fcribendi exercitationibus inter tirones habitis profectas effe auctor exftitit[3]). Quod quomodocunque fe habet, hoc profecto extra dubium verfatur, jam Ciceronis aetate notarum compendiis fcriptum effe, unde id quoque certiffime patet, et antea et eodem tempore curfive fcribendi genus frequenti ufu viguiffe.

§. 137. Ad quam rem probandam fi quis erit, cui libellus nofter referendus ad annum 167 p. Chr., cujus ductus pro forma corroborata et accurate diftincta non paullo ante ortos effe quisque intelligit, non fatisfaciat, feriem infcriptionum proferemus ex antiquis *Pompejorum* muris, quos jam anno 79 p. Chr. Dei Confilio obrutos effe conftat, remotiffimis temporibus exhibituros teftimonium, depromtarum, quae hanc disfertationis noftrae particulam concludant.

§. 138. Infculptae funt plerumque ftylo vel clavo parietum et columnarum mortario[4]), pars etiam minio diftinctae, plures autem literis curfivis notatas effe nemo non videbit. Conferas velim has, quas e reliquis felegimus, in quibus ipfis permulta praeterea infunt, quibus ea quae hucusque dicimus apertiffime et luculentiffime comprobentur,

§. 139.  (i. e. *fuftuli*) vere curfivam praebet fcripturam

---


1) In nomine *Quadrato*.

2) Sed et  (in ..., ut ) et .


3) Ulric. Frideric. *Kopp* Palaeographiae criticae P. I. (Tachygraphia Veterum. Manhemii, 1817. 4°) pg. 27 cet.

4) Has ego anno 1833, quum ipfe vidiffem et cognoviffem, defcribere omiferam. Accuratum eorum exemplum debeo juveni humaniffimo Dr. *Boeckhio*, filio *Boeckhii* illius Berolinenfis viri, ut inter omnes conftat, et antiquarum literarum doctrina et reipublicae adminiftrandae peritia clariffimi.

et cum  (i. e. *Veſtalis*) egregie refert ductus illos, qui in libello noſtro occurrunt. Illud noſtrum ll etiam ſimilius reddunt et haec [1])



Idem ut paullo amplius deſcriptum exhibet: [2])




His addendum II unciali figura notatum

in: 


et 

§. 144. Illud **A** unciale (A), quod in harum inſcriptionum extrema vidimus, recurrit in 





---



[1]) i. e. P. Comiciuſ reſtitutuſ. cum matre (? pa...) | C. Stet. t. - | M. C. Muſdalio fec. vir (??)


[2]) Graecum H in graeco nomine  (ΟΝΗΣΙΜΟΣ) occurrit.


§. 141. Illud  finale, in his duabus proximis fingulari forma diftinctum () item vides in  una cum *v* five *u*, quod et alias plerumque ductu illo additicio auctum confpicitur, ut in:

 [1)]

 [2)]

 [3)] — 




§. 142. Literas V.N.M.T., de quibus fupra (§. 87 — 89) diximus, et ipfas fupra ductibus additiciis praefixas , agnofcis in:

[1)] i. e. F. Jvlivf (erif?)

[2)] M. MANILIVS?

[3)] *Atinius H. f*(ilius?). *Atinius L*(ucii?) *F*(ilius?). Duobus ultimis eadem in fine inest litera *F*.

 [1]


ubi etiam F et R forma illa fluxiore et folutiore apparent.


§. 143. Peregrinum illud, quod in verbo feliceter nobis obftrepat os, rufticitate quadam elocutionis depravatum five diverfae dialecti legibus variatum putamus, etiam vocabulo Verecun*n*us comprobari videtur in



§. 144. Haec igitur erant, quae ex infcriptionibus illis notis quidem cognofcere et intelligere contigit, quarum bona pars (ut opinor) debetur fomniis otioforum nefcio quorum peripateticorum vel paraclaufithyrorum, [2] quibus nunquam nec orbis nec Urbs carebat, quibusque profecto in mentem venit fore ut poft duo millia annorum aliquis barbarorum illorum, quorum illi vix notitiam quandam fibi acquirere operae pretium haberent, nugis iftis, quas parietibus illinendo tempus tererent, interpretandis et ligno patienter difcribendis fe discruciaret.

§. 145. Sed nos Tibi, amice lector, aequorum venditorum morem imitantes in cumulum addimus praeter has alias infcriptiones item *Pompejis* repertas, ut in iis enucleandis Tu quoque fortunam periclitere, quod propitio Mercurio Tibi addere volumus, illud non addubitamus fore ut Tu quoque c u r f i v a m in iis agnofcas, i. e. fcripturae genus tale, quale ex materiae natura, ex ufu communi et confuetudine quotidiana fubnafci neceffe effet:

 [3]




---

[1]) Vit .. VALENTIVS FELICETER.


[2]) Cf. *Horatii* Od. I, 25. III, 10; *Tibull.* II, 2, 9; *Theocr.* III, 23; *Ariftoph.*, *Plutarch.* et „Nomina ftultorum" cet. — [3]) Ramertia? *Mamertia?*



a)




b)



c)

[1]) Qui pvdent tvi ioqvi tvi....? — [2]) .... cvm vartirio.... — [3]) ... et eſſe iam in refin[vm...?

d) 


e)  [1] —  [2]

§. 146. Denique Tibi tradimus hanc optimam inſcriptionem *Pompejanam*, forma minore depictam [3]:



§. 147. Plura poſt haec et de codicis noſtri ſcriptura et de ſcribendi apud veteres arte addere ſuperſedeo; hoc unum adhuc monens, divum Koppium in magno lucro poſiturum fuiſſe, ſi ei contigiſſet, ut haec ſcripturae exempla intueretur, priusquam ingens de notis Tironianis opus molire-

[1]) Rvſticvſ. . , . .   [2]) VASTIA.

[3]) Quam minutiſſimam aeri inciſam et muro affixam vides in *Magois*: Les Mines de Pompei (Lutetiae 1824. fol.) P. II, tab. VII, fig. 1.:  Similes inſcriptiones murales cf. in P. II, tab. V. VI. XLIII. XLV.

tur. Nam quod ibi fummo labore et quafi itinere devio et impeditiffimo appetiit [1], ut contenderet notas illas ex neceffitate celerius fcribendi ortas, quae omnibus ante ipfum interpretatoribus ad arbitrium fcriptae viderentur, ipfa naturae ratione ex literis majusculis effe progenitas, ope hujus generis literarum, quae inter majusculas et notas illas quafi mediae intercedunt, utrarumque participes et confortes, cum neutris tamen pares eaedemque, multo facilius et (ut ita dicam) via rectiffima et expeditiffima confecutus effet.

§. 148. Multa exempla afferre poffum, fed hoc unum fufficiet: in nota , qua notio et vocabulum rex fignificatur, linea / eft alter ductus literae x () ad inftar crucis delineatae (X); altera notae pars ~ vice fungitur literae R. Sed fignum iftud non ita facile nobis perfuadebit derivandum effe ex litera R prorfus temere ad libramentum verfa (,); fed haud dubie proficifcitur a fluxiore illa forma , , quam in noftris fcripturis fexcenties occurrere docuimus.

§. 149. Omnino in plerisque notarum illarum tironianarum nec qua ratione ortae fint, admodum remotum eft, et maximam earum cum fcriptura libelli noftri curfiva fimilitudinem intercedere, atque illas ex tali quadam fcriptura profectas effe apparet. Conferas tantum (i. e. *pr*), (i. e. *via*), (TV), (VT), (TVO) (*karus*, ex =*k*, =*r*, 9 =*us*), (*fo*), (*fs*), (*rex*), (*ratio*), (*ira*).

§. 150. Sequitur, ut de compendiis fcripturae, quae in libello noftro occurrant, nec non de interpunctionibus et orthographia, quam vocant, pauca moneamus. Et primum quidem figla — fit venia vocabulo barbaro quidem, fed dudum ufurpato [2] — rariffima apparent: id quod ad fidem libelli non ambiguam equidem haud minimum facere arbitror, quamquam eorum ufum jam mature viguiffe et fatis late patuiffe plurimae eaedemque antiquiffimae infcriptiones teftantur.

---

[1]) Cf. *Koppii* Palaeographia I, 26 (Notae, quo pacto paulatim fenfimque natae fint).

[2]) Cf. et *Corfini* Notae graecae (Flor. 1749), *Coletii* Notae et figla quae in nummis et lapidibus occurrunt (Venet. 1755. 4.); *Gerrard* Siglarium (Lond. 1792. 4); *Placentini* De figlis veterum Graecorum (Romae 1777); *Nicolai* Tractatus de figlis veterum (Lugd. Batav. 1783); *Gabelsberger* Anleitung zur deutschen Redezeichenkunst oder Stenographie (Monaci, 1834 et 1839. 4.) pg. 30 — 53; *Spangenberg* Tabulae negotiorum folemnium (Lipf. 1822) pg. 19. 20.

§. 151. Notae autem, quae quidem *Tironianis* illis quas vocant fimiles fint, quibus et alia multa et teftamenta primum inter dictandum plerumque perfcriptas effe conftat, prorfus nullae infunt. Harum poftea atque figlorum ufus Juftiniano adeo difplicuit, ut in codicibus legibusve [1]) defcribendis adhiberi magnis poenis propofitis vetaret, ne quid controverfiae in fcriptis poftmodo fubnafceretur [2]).

§. 152. Occurrunt autem in ceris noftris haec figla five compendia fcripturae: „neq(ue)" et in extrema linea et in media „homin, hom" et „h" (hominibus, hominum), „Al ꝺ ur" femel in extrema linea, „Al ꝺ" in media pro *Alburnum*, quod et integris literis invenitur. Porro reperies *ff*, quod faepiffime alias quoque ufurpatur pro „fupra fcripto f. fupra fcripti." Porro in fine codicis noftri legimus notatum „Act(um)" et IMP(eratore), ut omittam iftud nimis vulgatum CS (five C*ff*), quod eft appofitum prioris confulis ejusdemque Imperatoris nominibus.

§. 153. Hoc loco non alienum videtur cognofcere, quid fibi velit iftud „id quod *is* eft," quod bis occurrit. Sive enim, quod primo quidem adfpectu fieri poffit, pro *iis* [3]) fcriptum accipias, et fenfus repugnat et quod in codice ipfo ter *eis* fcribitur; five *his* valere ftatuas, id quidem neque ab infcriptionum neque a noftri ipfius codicis orthographia, ut paullo infra videbimus, abhorret, fed item per fenfum non licet. Itaque etiam hoc loco compendium fcripturae fubeffe ftatuo, ut *is* fit „*i*(nfra) *f*(criptum)," quae quidem voces et integrae apparent, ut in collegii cujusdam infcriptione, quam infra (§. 190. 191) laudabimus [4]), et hoc modo notatae I STA (infra fcripta) [5]). Ceterum ipfum quoque illud *i. f.* alibi non rarum [6]).

§. 154. Interpunctionum in libello noftro veftigia rariffima ac fere nulla. Puncta, quibus integras fententias abfolvere folent, uno alterove loco; commata vel alia id genus, quibus minores fententiarum particulas diftingunt, omnino nusquam apparent.

---

1) „Quas per figlorum obfcuritates aufi fuerint confcribere."

2) II. §. 22. de vet. jur. enucl.

3) Cf. *Orelli* n. 4031: „ex *is* agris."

4) *Orelli* n. 3787; *Grut.* 201. — 5) *Orelli* n. 4983.

6) *q. i. ff f* (quae infra fubfcripta funt) ap. *Marini* Fr. Arv. 159; fimiliter *q ff* (quae fubfcripta funt) ibid. 160. Alias alii *i. f.* interpretantur „impenfa fua f. ipfe fibi" cet. (Marini Fr. Arv. 620.a 544.)

§. 155. Reſtat ut de orthographiae ratione, quae pertinent, offeram. Primum quidem absque aſpiratione ſcriptum invenitur abere, aberet, abuerat, abiturum: id quod etiam inſcriptionibus non alienum, ut *ujus*, *oc*, *ic*, *aduc*, *oris*, *omini*, *oneſtus*, *onorem*, *eres* (haeres), *iberna*[1]) et in inſcriptione ad annum p. Chr. 177. referenda *abias* (habeas)[2]) et *abiat* (habeat).[3])

§. 156. Contra nec deſunt in inſcriptionibus loca, ubi praeter conſuetudinem aſpirationem invenias praepoſitam, ut *h*ae (pro ae) *h*ave, *h*arena, *h*olitor, *H*oſiris, *h*cac controverſiae[4]) ect. Deinde litera I in ceris noſtris confunditur cum E in „redd*e*diſſe, redd*e*diſſet;" neque hoc absque inſcriptionum auctoritate, quae hic illic praebeant „redd*e*dit, cond*e*dit, poſſ*e*det, ſacr*e*fici, ſib*e* ſo*l*edus, fec*e*t." Porro literae E vicem gerit diphthongi AE in „qu*e*ſtores, pr*e*ſentes." Literam D commutatam vides cum T in „qvi*t*, quo*t*." Quae cuncta ne errore librarii irrepſiſſe putes, utrumque libelli exemplar illis locis conſentit[5]). Tandem monendum in nomine „Meno*f*ili" literam *f* uſurpari pro *ph*[6]).

§. 157. Haec igitur, quae de ſcriptura, compendiis reliq. expoſuimus, breviter animo complexus redeas velim, amice lector, ad Codicis noſtri monumentum ſcripturae Romanae minutulae ejusdemque curſivae, quale ante hoc exſtitiſſe nullum ſcis, inſigne, cujus exemplar accuratiſſimum, ut pro certo affirmare poſſum[7]), appoſitum habes, et profecto tibi perſuadebis, ea quae de curſivae apud Romanos uſu pervulgato disſeruimus, recte ſe habere.

§. 158. Nam ut omittam, quod ſupra jam monui, manum in libello noſtro prodi expeditam et verſatam, minimeque in eo vacillare literas[8]) vel, ut cum Plauto loquar, alias aliis ſcandi[9]), ſed ſua quamque forma diſtincte apparere

---

[1]) *Marini* Fr. Arval. lab. XXXIX.

[2]) Apud *Orellium* n. 2566. — [3]) *Orelli* o. 2541.

[4]) Cf. „*Virgilii Maronis*" de octo partt. orationis io „Claſſicorum auctorum e Vaticanis codd. editor. Tom. V curante *A. Majo* 1833. pg. 86.

[5]) Semel exemplar B. praebet „id quo*d* j ſ eſt," utrumque vero „*Id.*" — Saepiſſimo inſcriptionibus ineſt „qvo*t* et co*l*, a*l* (a*l* fines, a*l*fuit), i*l*, aliu*t*, apo*l*, qvi*t*qvi*l*, fe*t*." Sed et mixta „*id* quo*t*, i*t* quo*d*," nec non a*d*que, ira*d*em, i*d*em (pro item), o*d*, ſtruxi*d*que, iiqvi*d*, reliqvi*d*, limi*d*es." cet.

[6]) Cf. triom*f*is (Orelli 88), *F*ilippo (5075) cet. Cf. *Seyfert* Lateiniſche Sprachlehre I, 136.

[7]) Nam iisdem lineis, iisdem literarum formis, apicibus, connexibus impigerrime per aliquot dies huic uni negotio vacans mea manu deſcripſi, potius depinxi, non ſine magnis difficultatibus, quae tum cera propter ligni iniquitates aliquot locis alienata aut omnino deterſa, tum color nimis obſcurus afferebat.

[8]) Cic. ad divers. XVI, 15. — [9]) *Plaut.* Pſeudol. I, 1, 21.

descriptam: voces quoque fingulae intervallis aptis distinentur [1]), fententiae integrae punctis (τελείαις ςιγμαῖς) abfolvuntur; contra ejusdem vocis literae et fyllabae aut inter fe cohaerent aut arctiore tantum fpatio diftant [2]). Nusquam porro menda librarii, nihil emendatum vel eadem vel aliena manu, nihil appofitum five in margine five in textu. Nam quod exemplar A. femel praebet „ad ftation*e*" pro „ftatione*m*," quae eft lectio alterius exemplaris B, non caret auctoritate; faepius enim in marmorum infcriptionibus occurrit „ardent*e* lucernam, cur*a* agant, pietat*e* re*d*ere, poft e*a* uxor*e*, ante ar*a*, extra pariet*e*, poft abit*u*, loc*u*, pofit*u*, delici*u*, exter*u* corpus, fat*u*, monument*u*" cet.

§. 159. Quod cum praefertim in literis uncialibus folenni quadam compendii ratione ufuveniffe videatur, etiam hinc fatis probabile eft, libellum noftrum effe defcriptum a documento literis uncialibus lapidi vel aeri incifo vel incidendo. — Eodem modo illud „leg*i* continetur," quod bis occurrit, cave pro mendo fcripturae habeas: contineri enim interdum in lingua forenfi cum dativo conftruitur [3]).

§. 160. Sermo, ut jam fupra monuimus, univerfus quidem fatis correctus, et ad melius adhuc aevum referendus [4]) Rufticam [5]) illam quam vocant linguam Romanam quod fapiat, medio ut conftat aevo vulgarem, nihil invenies. Rara tantummodo hic illic occurrunt, in quibus linguae, utpote in provincia, ad deterius inclinantis veftigia agnofcas; quo in numero habenda

---

[1]) Praepofitio *ad* fine intercapedine cum fequenti vocabulo, quod ex eo pendet, connectitur (ad Alb () fed fejunctim fcribitur „*ex* collegio."

[2]) Nonnunquam tamen negligentius fingulae ejusdem vocis fyllabae majore intervallo fegregatae occurrunt, ut *funerati cia* (I, 3, 5) *contine tur* (II, 1, 9) *res culi* (II, 2, 4), nec non interdum fingulae voces folito longius diftant, e. g. „*fcriptum erat* (II, 2, 5), *funeribus et* (II, 1, 5), *ab eis aliquem* (I, 3, 8), cet." quae lacunae propter ceram illis locis deterfam ortae funt. Tandem aliquot locis poft longiores fententias, quod eft reliquum lineae vacuum relictum videmus, ut „Defcriptum, Artemidorus, Si quid, Propofitus ...... Quae fere omnia nonnifi raro, fed ex induftria eveniunt.

[3]) Dicebatur „contineri huic actioni, conditioni, ftipulationi, promiffioni." Plura ejus generis exempla reperis in *Briffonii* Dictionario juridico (1730) p. 260.

[4]) Quamquam in ipfa Urbe minime Romana femper lingua utebantur. Fortaffe tali latinitate forenfi contemporales jam jurisconfulti ufi erant Mauricianus Ulpius Marcellus, Quintus Cervidius Scaevola, qui fub M. Aurelio Antonino (a. 167) viguerunt.

[5]) In quam ipfe Codex Juftinianeus translatus fuit, de cujus Breviario in bibliotheca ecclefiae cathedralis Perufinae invento *Nieburius* nofter in Savigny Annal. Jurisprud. biftor. (III, 389) differuit. Ceterum cf. J. G. *Pagendarm* de lingua romana ruftica. Jenae, 1735; *Raynouard* Elemens de la

videntur ista: remasisse, abere, abiturum [1]. Neque abhorrere ab hac ratione puto, quae in notamine graeco vidimus vel dictionis vel scripturae vitia: *εἰσί* pro *ἐστί*, *ἄλα πολὰ* pro *ἄλλα πολλὰ* (§. 65.). Haec de sermone.

§. 161. Post haec non praetermittendum silentio, libellum nostrum verbis solennibus et singulari illo dicendi genere, quod inter homines *juris consultos* et in *rebus forensibus* usuvenisse accepimus, esse distinctum. Quod genus et alia occurrunt multa, et inprimis in fine libelli ista verborum singulorum mutata temporis ratione repositio, in literis publicis usitatissima: „abere aut abiturum."

§. 162. Gemellum locum habes in marmore quodam, libello nostro fere coaevo, quo donatio Herennio cuidam Agricolae ab Artemidoro facta Severo et Caracalla impp. (anno p. Chr. 174) publice firmatur. Ibi sub finem est „dolum huic rei abesse afuturumque. Actum XVIII. Kalendas Januarii C. Calpurnio Flacco, L. Trebio Germano Coss [2]."

§. 163. Apparet porro in triptycho nostro „cautio," quae quidem vox, et ipsa in rebus forensibus tritissima, in *gothicam* quoque, quum in Italia vigebat, linguam transiit [3]. In latino nostro codice habes „*cautionem* suam, in qua eis *caverat*, recepisse." Cautio, ut Brissonii [4]) verbis utar, omnis scriptura est, qua cui prospicitur sive obligationis sive liberationis probandae causa emittitur, sed cautio (*ἀσφάλεια*, apoche) praesertim pecuniae *creditae*; quae vocis significatio pene notissima est. Deletur cautio, redditur debitori, remittitur. Dicebatur *cavere* [5]) cautione et cautionem, *cavere* in re, de re. —

---

grammaire de la langue Romane avant l'an 1000, précedés de recherches sur l'origine et la formation de cette langue. Paris, 1816. 8. et *Diez* Romanische Grammatik. Bon. 1836 — 38.

[1]) Sed jam *Pompejis* in muro quodam scriptum occurrit „abiat Venere Pompeiana iradam." Et in breviario modo citato „ospiles, abet, obemus, abuerint," quod ad aevum Langobardorum referendum est. Cff. et „Conjetture di un sagio Etrusco" pg. 16, 23. 17, 25. 28. 18, 34. Legitur quoque jam anno 291. p. Chr. in marmore „bene meco vixisti" (Boldetti pg. 87, 30) cet.

[2]) Philosophical Transactions, 1736. n. 441. Eandem formulam (*abesse afuturumque*) habes apud Garinm 4, 11; in *Maffei* Museo Veron. 319, VI; *Donat*, 165, 3; *Spangenberg* Tabul. negot. solemn. 232.

[3]) Uti quater occurrit in Neapolitano illo documento *thairh kavtsjôn andnêmum skillingans . rk.* (lin. 90. 96. 129. 139) i. e per *cautionem* accepimus 120. solidos.

[4]) *Brissonii* Diction. jurid. (1734) p. 173. 169. Cf. *Brisd.* De formulis et solemnibus populi Romani verbis. (Paris, 1583.) pg. 599. Cf. porro *Pitisci* Lexic. Antiquitt. Rom. I, 307a. — *Basilic.* XII, 138. — *Orelli* Inscr. n. 4032 (anni 119) de cautionibus accipiendis et non acceptis. *Funccius* l. l. pg. 192; *H. Hugo* pg. 361.

[5]) *Varro* LL. VI, 3.

§. 164. Deinde exftat in libello noftro „rationes ille reddidiffe": quae quidem res magni erat in jure ac judicio. Nam *rationum* a curatoribus *redditarum*, fi calculi error inveniretur, etiam poft decennium vel vicennium retractatio admittebatur [1]).

§. 165. Tandem in eo numero proferenda eft vox „proponere," quae et in fcriptis, edictis, actionibus, ftipulationibus ufurpatur et in conftitutionum fubfcriptionibus paffim eft obvia [2]).

§. 166. Horum vocabulorum ufum accuratius perfequi longum eft et ab inftituto opere alienum. Nos quidem monuiffe fatis habemus verba folennia totumque dicendi genus in libello noftro nihil abhorrere a conftanti juris confultorum ufu, quorum „fummum effe circa verborum proprietatem laborem" fere in proverbium exiit.

§. 167. Praeterea obvios habemus in libello noftro „Magiftrum, Quaeftores, Collegium," quorum fingulorum quaenam fit ratio, numque recedat ab ufu tunc temporis vulgato, hoc loco paullo accuratius inquirendum videtur.

§. 168. Primum quidem Magifter [3]), unde commune magiftratuum romanorum omnium nomen profectum eft [4]), cujuslibet muneris praefectum (*ἐπιστάτην*) fignificabat, five publicum erat five privatum, feu civile feu militare.

§. 169. Itaque non mirum, fi hinc palatii, illinc elephantis [5]), navis [6]), pecoris [7]), obfonii [8]), convivii [9]), bibendi [10]), chori cantantium et faltantium [11])

---

[1]) L. 8. D. de admin. rer. ad civ.

[2]) *Sueton.* Caligul. 41. *Zirardini* Ad Nov. Aneed pg. 329. 508. *Valefius* ad Eufebii de Vita Conftantini p. 214. ed. Paris. — Cf. Infcriptio *Gabiis* reperta (Vifconti Mufeo Pio Aen. VI, 239. ; Orelli, n. 775): „Hoc decretum (ex anno 140 p. Chr.) poft tres relationes placuit in *tabula aenea fcribi* et *proponi* in publico, unde de plano recte legi poffit." Cf fupra pg. 22 (§. 47.) adnotat. 1.

[3]) „Qui *magis* ceteris poteft, unde et *magiftratus*, qui per imperia potiores funt quam privati" *Feftus*, qui quidem hac derivandi ratione fere fimilis eft juris confultis illis, qui Gajo tefte *mutuum* ortum ftatuunt ex „meum et tuum (i. e. quod nec meum nec tuum eft). Quo genere derivationum Sylburgi illud Etymologicum Magnum valde plenum eft.

[4]) Joh *Lydi* De magiftratibus Romanorum. Ed. Fafz.,Lutet. Paris. 1812. 8.; *Prevoftius* De magiftratibus populi Romani (Laufannae, 1579. 8.); *L. Feneftella* De magiftratibus facerdotibusque Roman. libellos; *Pomponius Laetus* de magiftratibus (Basil. 1535); *Hotmann* De magiftrat. Rom.; *Perion.* De Graecor. et Rom. magiftrat.; *Sigonius* De ant. jure Provinc. III, 5 (Quid fit magiftratus). — [5]) *Liv.* XXVII, 49. — [6]) *Ulpian.* Dig. 429, 25; *Amm. Marcell.* XXVI, 1; *Liv.* XLV, 42.

[7]) *Virg.* Aen. VII, 485; Georg. III, 445. 185; *Apul.* Metam. 10; *Varro* De r. r. II, 10.

[8]) *Seneca* de vita beat. c. 17. — [9]) *Varro LL.* IV. 26.

[10]) *Lamprid.* Heliog. 19; *Cic.* De fenect. XIV; *Murator.* Thes. 305; *Creuzer* Rom. Antiq. 410.

[11]) *Amm. Marc.* XIV, 6.

balneorum (a balneis) [1]), gladiatorum [2]) m a g i ſt e r occurrit; hinc ludi literarii [3]), illinc militum [4]), equitum [5]), peditum [6]), armorum, rei caſtrenſis [7]), cenſus [8]) m a g i ſ t r i obviam fiunt.

§. 170. Utebantur porro imperatores *magiſtro* officiorum [9]), utebantur *magiſtro* memoriae [10]) et ſcriniorum [11]), *magiſtro* epiſtolarum [12]), *libellorum* [13]) et cognitionum ſacrarum, diſpoſitionum [14]), admiſſionum [15]); utebatur reſpublica *magiſtro* vicorum [16]), pagorum [17]), decuriarum [18]), morum [19]), cenſus [20]), nec non curiae [21]), fani [22]), larum [23]), ſacrorum [24]), regis [25]), populi [26]), juvenum [27]) cet. cet [28]).

---

[1]) *Sponii* Miſc. pg. 213; *Murat.* 901, 1. — [2]) *Cic.* de Orat. III, 23.

[3]) *Murat.* 975, 1; magiſter literarum (Prudentii Hymn. 12).

[4]) *Veget.* II, 9; *Gruter.* 1164. 5. 1079, 14; *Orelli* n. 2. 1134. 1141. 1152 et *Oſan* Syll. 512. 526. (m. utriusque militiae); *Marini* adhuc pg. 139. 149. 295^a; et *Bernhard* Cod. tradit. eccleſ. Ravenn. (Monaci 1810). Cf. *Schweppe* Röm. Rechtsgeſchichte §. 212; *Creuzer* Röm. Antiq. 234.

[5]) *Liv.* III, 27. IV, 13. XXII, 33; *Varro* de l. l. IV, 14; *Gruter.* 406, 7; *Pitiſci* Lexic. antiq. rom. I, 512; *Schweppe* §. 186; *Creuzer* 126.

[6]) Equitum peditumque (Orelli n. 1133), peditum (Amm. Marc. XXI, 12.). — [7]) *Amm. Marc.* XV.

[8]) *Notitia dignitatum* ed. Böcking pg. 180

[9]) *Cod. Theod.* de Primicerio et Notar. l. IV; *Colum.* I, 8. XII, 2; *Pitisc.* Lexic. I, 513; *Faccii* De vegeta latinae linguae ſenectute (Marburgi 1711. 4.) pg. 1139; *Schweppe* §. 192; *Creuzer* 234.

[10]) *Cod. Theod.* de petit. bon.; *Mangelsdorff* De magiſtro memoriae. Hal. 1770; *Pitisc.* Lexic. I, 513; *Orelli* n. 2352. 3192.

[11]) Sive Archivario: *Eutrop.* VIII, 14; *Spartian.* in Aelio Vero IV; *Lamprid.* in Alex. Severo XXXI; *Pitisc.* Lexic. I, 514^b; *Schweppe* §. 193; *Creuzer* 235; *Cod. Theod.* tit. de mag. ſcrin.

[12]) *Orelli* n. 2352; Dio Caſs. LII (*τὰς τῶν ἰδιωτῶν ἀξιώσεις*); *Pitisc.* Lexic. I, 512.

[13]) *Orelli* n. 2352; *Pitisc.* Lexic. I, 512; *Creuzer* 236. — [14]) *Pitisc.* Lexic. I, 512.

[15]) *Amm. Marc.* XV.

[16]) Sueton. Aug. 30, Tib. 16; *Orelli* n. 3790. 813. 1530; *Gruter.* 481, 9; Marmora Piſaur. (1738) 9. 11. 32. 37. 44; *Murator.* IV, 2125; *Pitisc.* Lexic. I, 514. 515. *Dirkſen* I, 35; *Creuzer* 170.

[17]) *Orelli* n. 121. 3790; *Dirkſen* I, 53; *Pitisc.* Lexic. ex inſcriptt. — [18]) *Oſan* Syll. 459. — [19]) *Cic.* Famil. 3.

[20]) *Varro* R. R. XI, 10; *Schweppe* §. 190; *Pitisc.* Lexic. I, 511; *Hegewiſch* Römiſche Finanzen p. 93.

[21]) *Plaut.* Aul. II, 2, 29. II, 2, 3. — [22]) *Orelli* n. 2418. — [23]) *Orelli* n. 2423. 2424. 2425.

[24]) *Guther* De Vet. jur. pontif. I, 23; *Orelli* n. 2418 (magiſtri et magiſtrae ſacrorum). Cf. 2419. 2420. 2421. 2422. 2428. 2429; *Grut.* 489, 10.

[25]) *Flor.* IV, 2. — [26]) *Senec.* ep. 108.

[27]) *Orelli* n. 4099. 3412 (juventutis). 2145 (puerorum domus Auguſtae).

[28]) Latine etiam, quam apud veteres, patet atque fere omnino diffuſa eſt ſignificatio hujus vocabuli recentioribus ſeculis, quae medii aevi vocantur. In *Cangii* (Du Cange) Gloſſario med. et infim. latinit. laudatur: *Magiſter* diſpoſitionum, epiſtolarum, libellorum, requeſtorum, memoriae, marenchiarum, monetarum, cenſus, queſtorum, arreſtarum — ceremoniarum, aulae, camerarion, cubiculariorum, botellarius (archi pincerna), coquus, placeroarum, taverneleorum — fructuarius, ſubarum, navis, pagorum, ofciae (faber lignarios), ſartor, lineae v. linteae veſtis, caementariorum, lapidum — officiorum, rerum, operis, ordinis, major, ſcaccarii, ſiclarii — regalis, civium, judex, juralis, juſtitiarius — ſervorum, cuſtos, eſcuderiae, palatii, templi, parlamenti, domorum, abbatis, eccleſiae, fidelium, oblationum, hoſpitalis, hoſpitii, infirmariae — legum, rationum, rationalis, — cantorum, capellae, organorum — infantum, puerorum, ſcholariorum, ſcholarum —

§. 171. Utebantur denique *magiſtris ſocietatum* i. e. rectoribus, praeſidibus, praefectis. Sic a Cicerone Planci pater dicitur „maximarum *ſocietatum* auctor [1]), plurimarum *magiſter* [2]);" idemque Tullius P. Pupilium „*magiſtrum* ſocietatum vectigalium Bithyniae [3])" laudat et alio loco „*magiſtros* ſcripturae et portuum [4])" profert.

§. 172. Quemadmodum autem *ſocietatum* apud Romanos, ſic et Collegiorum exſtiterunt magiſtri; itaque reperimus „magiſtrum Collegii Saliorum [5]), magiſtrum Collegii Fabrûm [6]), Collegii Centonariorum [7]), Aurificum [8]), magiſtros Corporis Arelat. [9]), magiſtros quinquennales Collegii [10]); cet.. Atque ſic in noſtro codice Artemidorus magiſter laudatur collegii ejusque munus magiſterium [11]), ſicut alibi magiſterium equitum [12]), magiſterium ſacerdotum, magiſterium larum [13]), magiſterium morum [14])" cet.

§. 173. Itaque de his Collegiis nunc paullo fuſius nobis disſerendum puto. Fuerunt *Collegia*, quibus etiam Corporibus [15]) nomen fuit, apud Romanos ſocietates ſive ſodalitates [16]) hominum eodem vitae et muneris ſive artis genere

---

ingeniorum, machinarum, militum, utriusque militiae — in artibus — gentium (S. Paulus), Graecorum (Origenes). Sed quid patientia tua, benevole lector, alterius enumeranda infimi aevi *magiſtros* abutor? Confer, ſi placet, harum ipſarum rerum magiſtrum *Cangium*, nec non *Pitiſcum*.

[1]) I. e. manceps.

[2]) *Cic.* pro Plancio cp. 13; Verr. IV, 74. 75; Fam. XII, 9.

[3]) *Cic.* Fam. XIII, 9. — [4]) *Cic.* ad Attic. V, 15. XI, 10; Verr. IV, 10. V, 71.

[5]) Magiſtrum Saliorum *Gruter.* 489, 10 (*Pitisc.* Lexic. I, 514); magiſtrum collegii augurum (*Pitisc.* I, 512). — [6]) *Gruter.* 438, 5 360, 2; *Orelli* n. 4056.

[7]) *Gruter.* 402, 2. 1101, 1. — [8]) *Gruter.* 258, 7. — [9]) *Gruter.* 426, 5.

[10]) *Gruter.* 99, 9. 252, 8. 258, 7. 261, 4. 358, 1. 360, 2. 411, 2; *Gori* Inſcr. II, 97 98; *Murat.* 511, 1. 2015, 7; *Reineſii* Inſcr. I, 255. 283 (fabrûm).

[11]) *Vopisc.* in Aurelio cp. 17; *Sueton.* in Caligul. cp. 22 (magiſterium collegii); *Orelli* n. 332, 1; *Murat.* 1098, 5; *Marini* Frat. Arval. 51. 69. 124. 153. Tab. XVII. XXI. XXII. Cf. *Cicero* de Senect. I, 4; *Horat.* I, 4, 18; *Aſcon.* ad Cic. p. 159; *Pitisc.* Lexic. I, 512.

[12]) *Sueton.* Tiber. 3. — [13]) *Orelli* n. 1658. — [14]) *Plaut.* Moſtell. I, 1, 32.

[15]) Sic dicebatur et *Corpus* ſenatus (Lucan. VII, 294), *Corpus* Auguſtalium (Gruter. 372, 7), *Corpus* Saliorum (Liv. L, 17), *Corpus* libertinorum (Tac. Ann. XIII, 27), *Corpus* civitatis (Juſtin. III, 2. XIV, 2. Liv. IV, 9), *Corpus* Aetolorum (Liv. XXVI, 24), etiam *Corpus* Chriſtianorum. Inde et *Corporati* dicebantur (*Reines.* Syntagm. 596, 2; *Dirkſen* Civiliſt. Abhandl. II), nec non legitur *ordo corporatorum* (Reines. 589, 1; *Orelli* n. 4054. 4104. 4137 (II, 245). Cf. *Orelli* II, pg. 227. In *Gruteri* Inſcriptt.: *Corpus* lintenariorum, gynaeciarorum, naviculariarum (Murat. 526, 3, 701, 1), nautarum, piſcatorum, piſtorum, vinariorum, ornatorum, *Corpora* ferrariorum, tabulariorum, fabrûm, tignariorum (Maffei Galliae ant. 74: *Collega* corporis), lecticariorum, ſuariorum, oleariorum, marmorariorum, utriculariorum (Mur. 582, 1, Maffei. l. l. 52), lenuncalariorum, magnariorum (*Orelli* n. 4074), ſusceptorum cet. Cf. et Reineſii p. 596ᵃ, Muratori Thes. IV, 2164ᵇ.

[16]) Societates, ſodalitates, ſodalitia (*Cicero* Catil. 13, Brut. 45, de ſenect. 13; Gruter 1624, 8; *Orelli* n. 2401. 2402. 2404; *Sponii* Miſcell. p. 70; *Murat.* 523, 3. 525, 2. 984, 7), *ἑταιρεῖαι*, *κοινωνίαι*,

conjunctorum, ſenatus conſultis vel conſtitutionibus principum firmatae et comprobatae.

§. 174. Impetrata coeundi facultate licebat ſodalitatibus familiari inter ſe conſuetudine complexis ſuas res privatis legibus agere, modo ne adverſus rem publicam facerent. Ceterum haec collegia, ut modo diximus, nonniſi ex Senatus conſulto [1]) vel Caeſarum auctoritate inſtitui licebat, ne horum ſimulatione coetus factioſi inirentur. Et Suetonius quidem, cum plurimae ſocietates ſive ſodalitates novi *Collegii* ſimulatione ad nullius non facinoris communitatem absque imperatoris auctoritate coiſſent, Auguſtum narrat omnia praeter antiqua et legitima disſolviſſe, quae utilitas civitatis deſideraſſet, ut *fabrūm*, *fictorum*, alia [2]).

§. 175. *Numerum ſodalium* et minimum et maximum eſt invenire. Nam ut hodie in Collegiis noſtris literariis proverbium valet, ſic jam apud veteres *tres faciebant Collegium* [3]); ſed et permagnum hominum numerum Collegia amplectebantur. Collegium quoddam Aeſculapii et Hygieae ſub hac conditione conditum erat, „ut ne plures adlegantur quam ſexaginta homines [4]).“

§. 176. Illud in noſtro codice laudatum „Collegium Jovis Cerneni“ quinquaginta quatuor erat hominum [5]). Plinius Junior quum Bithyniam Pro Conſule obtineret atque poſt vaſtiſſimum incendium Nicomediae factum, quod multas privatorum domos et duo publica opera abſumſerit primum violentia venti, deinde inertia hominum, otioſorum et immobilium tanti mali ſpectatorum, civitatis exiſtimaret *fabrorum Collegium* inſtitui, id ut facere ſibi liceret a Trajano imperatore per literas [6]) hisce verbis petiit: „Tu Domine diſpice, an inſtituendum putes *Collegium* fabrorum dumtaxat hominum *centum quinquaginta*; ego attendam, ne quis niſi *faber* recipiatur neve jure conceſſo in aliud utatur.

σύλλογοι, σύνοδοι, φρητρεια (phetrium: *Orelli* n. 3787. 3788); fratriae, conſortia, contubernia, communitates, univerſitates. *Cf. Baſilic.* XII, 1 (de ſocietate); J. *Franzii* Epigraphic. graec. pg. 322; *Klenze* De lege Servilia pg. 15 — 17, ſejungens collegia (publica) a ſodalitatibus (privatis); *Niebuhr* Röm. Geſchichte I, 337; *Rein* Röm. Privatrecht 1836, p. 336; *Fr. Roth* De re municipali Romanorum (Stuttgart. 1808. 8).

[1]) Inde frequens illa formula „quibus ex S. C. coire licet“ (*Gruter.* 99, 1. 391, 1; *Murator.* 472, 3. 520, 3; *Orelli* 4075. 4115. 1467. 2797).

[2]) *Sueton.* in Auguſto cp. 32. *Cf. Sigonius* in *Graevii* Theſ. antiq. I, 165; *Dirkſen* Civiliſt. Abhandlungen I., 38.

[3]) *Marcell.* L. 85. D. de Verb. Sig.; *Pitisci* Lexic. antiquit. Rom. I, 496

[4]) *Sponii* Miſcell. p. 52; *Fabretti* X, 443; *Marini* Frat. Arval.

[5]) Vide §. 22. 26. — [6]) *Plinii* Epiſtol. X, 42.

Nec erit difficile cuftodire *tam paucos.*" Huic tamen proconfulis petitioni imperator Trajanus non annuit, veritus ne, quod alias acciderat, Collegiorum factionibus ea civitas vexaretur.

§. 178. Contra Alexander Severus rata effe voluit, quaecunque coierunt corpora vinariorum, lupinariorum, caligariorum, omnino omnium artium. His ex ipforum numero defenfores dedit et juffit quid ad quos judices pertineret [1]).

§. 179. Haec Collegia, quae et in ipfa urbe et in aliis ditionis romanae civitatibus [2]), municipiis, *coloniis* inveniebantur quam plurima, aut facra aut profana erant. In priorum numero proferendum eft primum Collegium fanctorum [3]), deinde pontificum [4]), augurum [5]), quae conjuncta nuncupabantur Collegium magnum [6]), atque una cum collegio feptemvirorum epulonum [7]) collegioque quindecimvirorum conftituebant *quatuor fumma Collegia.* His additum eft poft Augufti difcef-

---

[1]) *Aelius Lampridius* in Alexandro Severo cp. 33.

[2]) L. 79. Cod. Theod. de Decurion. et Ediet. Theoderici regis cp. 84.

[3]) L. 92. Cod. Theod. De Decurionibus. — Collegium fanctiffimum (*Orelli* n. 1223), *Collegia facra* Pifanorum (*Gori* Infcripti. II, 231).

[4]) *Ael. Lamprid.* in Commodo cp. 20; *Cicero* de harusp.; *Liv.* XXX, 2; *Macrob.* Saturn. I, 16; *Dionys.* II, 124; *Gruter.* 13, 11. 132, 4. 200, 2; *Murat.* 312, 1. 528, 4. 583, 1. 1109, 3; *Ofan.* Syllog. Infer. antiq. 457; *Or.* n. 1181. 2144. 794. 681. 4425. — De Collegio *Saliorum* cf. Jul. Capitolin. in M. Antonino cp. 4. et *Gutberlech* de Saliis cp. 8. — *Collegium Lupercorum*, Collegium Fratrum Aterfiorum (Grotefend Rudimenta linguae Umbricae. Part. III. Hanov. 1836. tab. 3. Eugub.); Collegium *Fratrum Arvalium* (Col. 2436; Reines. I, 157; Gruter. 118. 1088, 1; *Sponii* Mifc. pg. 5), de quorum geftis una cum carminibus, quae funt in tabulis marmoreis anni 218. p. Chr. Romae repertis *Marinius* (Gli atti e monumenti de' Fratelli Arvali. Romae, 1795. Vol. II, 40) et *Polemius* in Suppl. ad Gronovii Thes. IV, 415. — *Collegium Sacerdotum* Dianae (Or. n. 2173). — *Collegium Ifidis* (Reines. XIV, 171; Seivert 128; Gruter. 73, 14); *Collegium Serapidis et Ifidis* (Reines. XIV, 171; Sponii 60); *Collegium Liberi Patris* (Orelli n. 2392); *Collegium Silvani* (Gruter. 118, 11; (Or. n. 2568. 2407. 4947. 2386; Maffei Gallias antiq. 80; Murat. 529, 5. 182, 4); *Collegium Aesculapii et Hygiae* (Sponii Mifc. 52), *Collegium Venereum* (Or. n. 2416), *Collegium Genii* Prov. Pannoniae (Or. n. 1687); *Collegium Concordiae* fervilis coetus (Fabretti Syntagm. infer. p. 440, h), *Collegium Virtutis* (Gruter. 487, 1. 106, 8; Or. n. 2251); *Collegium Corneliorum* fervorum (Appian. Bell. civ. I, 413; Cicer. pro Corn.); *Collegium templi* cujusd. (L. 38. §. 6. D. de legat. III); *Collegium Panthei* Romae (Murat. 181, 5); *Collegium Capitolinum* (Liv. V, 50; Cic. Q. Frat. XI, 5) et cet.

[5]) *Muratori* Thes. infer. 172, 1. 451, 3; *Orelli* n. 811.

[6]) *Gruter.* 18, 1. 65, 2. 115, 2. 198, 2. 627. 10. 1076, 5; *Gori* Infer. II, 281; *Fabretti* 447, k; *Orelli* n. 2909. 2387. 3559; *Cicero* de Senect. 13; ad Famil. III, 9; *Valer. Maxim.* I, 1. — Collegium *magnum* larum et imaginum (Orelli n. 2386; Marini Frat. Arval. 4, 156).

[7]) *Dion.* 53; *Pitisci* Lexic. antiq. rom. I, 496; *Muratori* 511, 5.

fum et apotheofin Collegium Auguftale five Sodalium Auguftalium [1]), poftque Titum et Vefpafianum mortuos Collegium Flaviorum vel Titorum [2]).

§. 180. *Profana* rurfus erant aut publica aut privata. In illis laudamus *Collegium Confulum* [3]) five faftorum, quod et collegium five focietas trabeae [4]) five fcipionis nuncupabatur. Porro *Collegium Romanum*, quo univerfus populi romani continebatur magiftratus [5]); dein Collegium cenforum, quaeftorum [6]), tribunorum [7]), decurionum [8]), fexvirorum (fevirum), fociorum [9]), feptemvirorum epulonum [10]), decemvirûm, quindecimvirûm [11]), quatuorvirûm, fevirûm auguftalium [12]), ordinum [13]), urbium [14]), juvenum [15]), libertorum [16]), rel. Nec non *Collegia* militaria [17]), equitum [18]) cet.

§. 181. Inter privata referendum eft *Collegium* artificum et opificum [19]), mercatorum [20]) five mercurialium [21]), tibicinum [22]) et fidicinum [23]), liticinum [24]) et cornicinum [25]), fcenicorum [26]), hiftrionum [27]), medicorum falutare [28]); Collegium foenariorum, ftructorum, figulorum [29]), piftorum [30]), filiginatorum [31]), paftillariorum [32]), paftophororum [33]), praeguftatorum [34]), fuariorum [35]), futorum [36]),

---

1) *Orelli* n. 3297. 3953; *Marini* Frat. Arv. 18. 707. 780. 784; *Marm.* Pifaur. n. 34; *Ordo Auguftalium Orelli* n. 3701. 2204), *Corpus Auguftalium* (Orelli II. p. 150), *Patronus Collegii Auguftalis* (Murat. 511, 3), *Magifter Auguftalis* (Grater. 149, 5), *Sevirum Auguftalium* (Mar. 197, 3).

2) Similiter *Collegium Agrippinum* (Reines. 604, 11 = Gruter. 575, 50. 855, 12; Orelli n. 4062); *Collegium Aelianorum* (Ael. Hadrian. Orelli n. 5016), *Collegium Numinis Dominorum*, quod eft in templo Divi Claudii (Orelli n. 2889).

3) *Liv.* X, 22. 24; *Plin.* epift. VII, 72; *Tacit.* Ann. III, 31, Hift. I, 52.

4) *Salluft.* Trabea confularis pro confulatu (Amm. Marc. XXIII, 1).

5) Scriptt. hift. Aug. II, 293, ubi Salmas. — 6) *Sueton.* Claud. 24.

7) *Cicer.* pro dom. 18; *Liv.* IV, 26. 53. XLII, 32; *Valer. Max.* VI, 3.

8) Dec. *Col.* Aequi *Fabr.* (Lucius Infer. Dalmat. p. 33), Col. Aequens (Seivert n. 167).

9) *Gruter.* 272, 7; *Murat.* 529, 4. — 10) *Gruter.* 227, 1. — 11) *Gruter.* 307, 1 (facris faciundis).

12) *Murat.* 197, 3; *Grut.* 372, 7. — 13) L. 94. Cod. Theod. de decurion. — 14) L. 79. C. Theod. de decurion.

15) Juvenum f. juventutis: *Murat.* 524, 1. 616, 3; *Orelli* n. 911. 4093 — 4099. 4100. 4101. 4102; *Steiner* Cod infer. rom. Rhen. (Darmftad 1837) pg. 478; *Pitisc.* Lexic. I, 496b; *Marini* Ifcrizioni antiche Albani (Rom. 1785) p. 49, 2; *Ferret* Mus. Lapid.

16) *Murat.* 119, 1. — 17) *Murat.* 525, 1. 4. 383, 3. 2016, 4.

18) *Gruter.* 44, 1; *Orelli* n. 4078; *Steiner* l. c. — 19) *Flor.* I, 6; *Murat.* 526, 3. 4.

20) *Liv.* II, 27; *Murat.* 2017, 1. — 21) *Liv.* II, 27.

22) *Valer. Max.* II; *Reines.* I, 167; *Murat.* 581, 1; *Orelli* n. 1448. 1803. — 23) *Gruter.* 175; *Orelli* n. 1803.

24) *Orelli* n. 4105. — 25) *Sponii* p. 69; *Or.* n. 4105. — 26) *Or.* n. 4916. — 27) *Waffenaer* de Colleg. II, 406.

28) *Orelli* n. 4132. 4433. 2415. — 29) *Plin.* H. N. 35, 46; *Sigon.* de Jur. Civ. Rom. 11. 12.

30) L. 1. l. ult. D. de excufat.; Laur. Lyd. ep. 107; *Aurel.* Victor. Breviar. hift. de Trajano.

31) *Sponii* p. 64; *Orelli* n. 4133. — 32) *Orelli* n. 4111. — 33) *Orelli* n. 62. — 34) *Murat.* 528, 5.

35) *Gruter.* 361, 4. — 36) *Murat.* 529, 7.

cubiculariorum [1]), pictorum, pavimentariorum [2]), Kalendariorum et Iduarium [3]), nautarum [4]), navigatorum, navic(u)lariorum [5]), naupegiarum [6]), ſaburrariorum [7]), utriculariorum [8]), urinatorum, piſcatorum [9]), arenariorum [10]), lotorum [11]) ſ. balneatorum, ſcabillariorum [12]), tabulariorum [13]), ſpictariorum [14]), capulatorum [15]), ſcalariorum [16]), menſorum machinatorum [17]), tabulariorum [18]), pellionariorum [19]), et procuratorum [20]), lenunculariorum [21]), ſagariorum [22]), aromatariorum [23]), pabulariorum [24]), pecuariorum [25]), jumentariorum [26]), vasculariorum [27]), aurigariorum [28]), victimariorum [29]), viatorum [30]), peregrinorum [31]), venatorum [32]), purpurariorum [33]), ligniferorum [34]), marmorariorum [35]), aeneatorum [36]), argentariorum [37]), aurificûm [38]), inauratorum [39]), bractearioram [40]), **a u r a r i o r u m** [41]), aerariorum [42]), baliſtariorum [43]), ferrariorum [44]), et praeſertim notiſſimum illud *Collegium fabrorum* ſive *fabrûm* [45]), quod complectebatur fabros argentarios, ſtatuarios, ſigillarios,

---

1) *Gruter*. 576, 54. — 2) *Murat*. 211. 527, 5; *Orelli* n. 4116.
3) *Symmach*. Ep. IX, 121. X, 47.
4) *Murat*. 27, 1. 2. 526, 1. 5. 6; *Orelli* n. 2855.
5) D. l. 1. D. quod cujusc. u. n.; *Marmor*. Piſaur. 66. 44; *Orelli* n. 4008. 4082.
6) *Reines*. n. 602; *Sponii* p. 67. — 7) *Orelli* n. 4116.
8) *Murat*. 531. 4. 5; *Orelli* n. 4119. 4120. 4121.
9) *Orelli* n. 4115. — 10) *Murat* 54, 3; *Orelli* n. 4068. 2773.
11) *Sponii* p. 61; *Pitisc*. Lexic. I, 497.
12) *Murat*. 528, 5. 529, 1. 2. 3; *Orelli* n. 4116. 4117. — 13) *Murat*. 530, 1. — 14) *Murat*. 529; 6.
15) *Murat*. 512, 1. — 16) *Orelli* n. 4071. — 17) *Murat* 525, 3; *Gruter*. 99, 1; n. *Orelli* n. 4107.
18) *Murat* 530, 1. — 19) *Sponii* pg. 66; *Reines*. I, 273. 603, 8. — 20) *Reines*. pg. 603, 8.
21) *Murat*. n. 524, 3; *Orelli* n. 4104. — 22) *Reines*. 603, 9; *Sponii* p. 68.
23) *Murat*. 511, 4; *Orelli* n. 4064. — 24) *Sponii* p. 68; *Murat*. 521, 3. 4. 167, 5.
25) *Murat*. 528, 2.
26) *Murat*. 525, 2; *Orelli* n. 4094; *Marmor*. Piſaur. 142. — 27) *Reines*. p. 604, 10; *Sponii* p. 66.
28) *Reines*. p. 605.; *Sponii* p. 65; *Orelli* n. 2596. — 29) *Fabretti* Synt. Inſcr. p. 451d; *Orelli* n. 2453.
30) *Gell*. N. A. XII, 3; *Orelli* n. 3256.
31) *Reines*. I, 16; *Sponii* 62; *Orelli* n. 176; *Steiner* Cod. inſcr. rom. Rhen. pg. 724. 968.
32) *Murat*. 531, 2; *Orelli* n. 4116. — 33) *Murat*. 527, 6; *Orelli* n. 4272.
34) *Murat*. 2016, 2; *Orelli* n. 2345. 4188; *Collegium ſigniferorum* (Steiner Cod. inſcr. rom. Rhen. n. 759).
35) *Orelli* n. 4106. — 36) *Gruter*. 264, 1; *Orelli* n. 4059. — 37) *Murat*. 578, 1.
38) *Gruter*. 256, 7. 638, 9; *Sponii* p. 67. — 39) *Orelli* n. 4067. — 40) *Gruter*. 1074, 12; *Orelli* n. 4067.
41) *Gruter*. 2, 6. 114, 6.
42) *Plin*. H. N. XXXIV, 1. (Colleg. Tertium Aerariorum Fabrûm); *Orelli* n. 4060. 4061.
43) *Spon*. p. 66; *Reines*. 602, 6; *Donat*. II, 5; *Orelli* n. 4066.
44) *Reines*. 602. (Colleg. baliſtariorum et ferrariorum), *Sponii* 66; *Orelli* n. 4066.
45) *Grut*. 86, 11 etc; *Spon*. 58; *Murat*. 42, 2. 52, 1 etc. etc.; *Orelli* n. 3352. 4055. 4056 4079. 4180. 4189. Tom. II, pg. 95 — 100. Cf. et *Harlesii* Suppl. ad plenior. notit. literaturae romanae II, 132.

tign(u)arios [1], materiarios, balneatores [2], centonarios [3], dendrophoros [4]) f. ligniferarios, foliares [5]), navales [6]), alios.

§. 182. Unde faepiffime conjunctorum laudatur in marmoribus „Colleg. Fabr. Cent. Dendr. Navicul." [7]) five „Coll. Fabr. Cent. Navic. Dendr." [8]) feu „Fabri Centon. *et* Navicularii" [9]), feu „Fabr. Tignarii *et* Dendrophori" [10]) vel „C. Fabr. *et* Centon." [11]); vel „Centon. *et* Dendroph." [12]), „Colleg. Fabr. et Dendr. [13])" Praeceperat quoque imperator Conftantinus, ut in quibuscunque oppidis fuerint Dendrophori, Centonariorum atque Fabrum corporibus adnecterentur [14]).

§. 183. Inftituta autem erant Collegia hoc modo, ut minoris quandam reipublicae imaginem redderent [15]). Itaque habebant eodemmodo ac noftratum opificum fodalitates [16]), et qui intus res fuàs regerent et adminiftrarent, et qui foris in jure ac judicio caufam fuam gererent et a qualibet injuria defenderent et tuerentur.

---

1) *Coll. Fabr. tignariorum* (Spon. 59. 61; Murat. 516, 6. 518, 5. 521, 6. 4. 11. 960, 14; Reines. 605, 16; Or. n. 4086 — 4088. Fabretti 529; Marini Fr. Arv. 19, 168; Steiner Cod. inscr. rom. Rhen. n 17).

2) *Faber balneator* (Spon. 220).

3) *Sponii* 62; *Marini* Fratr. Arval. 159. 360; *Murat.* 76, 2. 512, 2. 3 5. 513, 1 — 3. 5 — 7. 563, 2. 1028, 6. 1082, 6. 1087, 5; Pietro di *Lama* Iscriz. antiche (Parma 1818. 4.) p. 121, III; *Orelli* 147. 3616. 3888. 4066. 4070 — 4075. 4076. 2279.

4) *Sponii* 55; *Murat.* 512, 4. 515, 5. 518, 6. 473, 5. 515, 1 — 5. 1110, 5. 2024, 4; *Marm.* Pifaur. I, 1. 38. 41. 44. 146. Cf. *Muchar* Noric. I, 359.

5) *Fabri foliares* (Orelli n. 4085), *Coll. foliarium* (Orelli n. 4085).

6) *Coll. Fabr. naval.* (Orelli n. 4084; Gruter. 1031, 5; *Fea* Viaggio ad Oftia p. 20).

7) *Marm.* Pifaur. n. 44; *Gruter.* 481, 9; *Murat.* 1401, 5.

8) *Orelli* n. 4069. 4082.

9) *Murat.* 520, 4.

10) *Murat.* 520. 5; *Briffon.* de verb. fign.; et *Cangius* f. v.

11) *Orelli* n. 4094. 4133. 4137. 4826. 1702; *Murat.* 1067, 4. 513, 4. 515, 6. 516, 4. 6. 517, 4. 516, 1—4; *Grut.* 397, 1; *Pietro di Lama* Ifcrizioni antiche p. 21, III; *Orti* L'antico marmo di Valerio Nafone. (Veron. 1836) pg. 12; *Sponii* pg. 57. 63.

12) *Murat.* 516, 6.

13) Cf. *Venturi* Compendio ftor. Veron. (1825) I, 194. et *Orti* Sopra un frammento d'antica confolare ifcrizione (Veron. 1833. 8.) pg. 11.

14) *Cod.* Theodos. lib. 14. tit. 6; *Spangenberg* Tabul. negot. folenn. pg. 62.

15) Populus Romanus in cenfum digeftus in claffes, decurias atque collegia distributus erat. Itaque et Collegia divifa erant in decurias et centurias (*Murat.* 518, 4; *Fabretti* 73, 72; *Marini* Fratr. Arval. 174ª; *Orelli* 4137).

16) *Gilda*, *Zunft* (a zimna), Innung; quae habent hofpitii patrem, matrem, filiam (Herbergs-Vater, -Mutter, -Tochter). Cf. *Marini* Fr. Arv. 94, 1.

§. 184. Utebantur enim fuis *patribus*[1]) et *matribus*[2]), *patronis*[3]) et *patronabus*[4]), *ducibus*[5]), *rectoribus*[6]), *moderatoribus*[7]), *praefectis*[8]), *praepofitis*[9]), *decurionibus*[10]), *defenforibus*[11]), *adjutoribus*[12]), *curatoribus*[13]), *procuratoribus*[14]), *tribunis*[15]), *judicibus*[16]), *cenforibus*[17]), *quaeftoribus*[18]), *arcariis*[19]), *fcribis*[20]), plerisque, qui et vilioribus fungerentur minifteriis, *miniftris*[21]), *fervis*[22]), quos pro arbitrio etiam manumittere licebat [23]).

§. 185. Sed fummae rerum praeerant Magiftri[24]), quorum alii erant annui [25]), alii quinquennales [26]), nonnulli etiam perpetui [27]).

---

1) *Spon.* 52 — 53; *Murat.* 522, 1. ut patre coloniae (1172, 7), urbis (811, 1), patrino; *Orelli* n. 4055. 4069. 4134. 2417.

2) *Spon.* 52. 53; *Seivert* n. 117 (*Mater* Coll. Fabr. et Dend.); *Marini* Fr. Arv. 94b; *Murat.* 548, 2. 522, 1; *Orelli* n. 4055. 4056. 2417. Et Coltricera Colleg. (Mur. 181, 4).

3) *Murat.* 512, 522, 1; *Marini* Fr. Arv. 94b. 158. 159; *Orelli* n. 4054. 4055. 4133; et coloniae (Seivert n. 75. 78. 125). *Patroni* Corporationum (Gruter. 361, 1. 2. 3. 399, 4. 409, 81. 466, 7. 480, 5; Reines. X, 1; Seivert 107, 120. 151. 184. 33; Spon. 55; Marm. Pifaur. I, 1. 40). Cf. *Dirkfen* 1, 65. 89.

4) *Murat.* 517, 3; *Orelli* n. 3773; *Pitisci* Lexic. I, 498.

5) *Gruter.* 12, 8; *Orelli* n. 4138; *Marini* Fr. Arv. 159. 548. — 6) *Murat.* 566, 1.

7) Moderator collegii equitum (Steiner Cod. infer. rom. Rhen. n. 869).

8) *Grut.* 12, 8 etc.; *Orelli* p. 44. — 9) *Murat.* 10, 1. 520, 1. 1118, 6.

10) *Grut.* 872, 1. 411, 2. 632, 1; *Mur.* 518, 3; *Fabrett.* 73, 70; *Reines.* 597, 3.

11) *Grut.* 433; *Gud.* 207, 11; *Roth* l. l. 102 — 107; *Savigny* Hift. jur. rom. I, 41. 163.

12) *Don.* 327, 52; *Orelli* II, pg. 248, 8.

13) *Grut.* 354, 1; *Gud.* 205, 1; *Reines.* 123. 131; *Fabretti* 449, 54; *Murat.* 514, 3. 102, 1. 516, 6. 526, 2; *Marini* Fr. Arv. 699b; *Orelli* n. 4071.

14) *Sponii* 63. 65; *Murat.* 513, 3. 528, 50. — 15) *Gruter.* 437, 2.

16) *Grut.* 411, 2. — 17) *Murat.* 2016, 2. — 18) *Grut.* 872, 1; *Murat.* 523, 3; *Orelli* n. 4055 — 4057. 4071.

19) *Maffei* Mus. Ver. 256. 4. — 20) *Marini* Fr. Arv. 810. — 21) *Orelli* n. 1645.

22) *L.* 25. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered.; *Grut.* 829, 9; *Fabretti* 417, 11. — 23) *Orelli* II, 248, 1

24) *Val. Max.* I, 1. 9 (*Magifter* Collegii Fabrûm): vide fupra pg. 71. *Magiftri* Collegii Fratrum Arvalium (Marini Fr. Arv. T. XIV. XV; Or. n. 2428); *Magifter* pro Collegio (Marini Fr. Arv. T. XI); *Magifter* Auguftalis (Orelli n. 3018. 3310. 3958); *Magifter* Fani Junonis (Or. n. 2418; *Magifter* Herculaneus (3431), Herculis (1754), Larum (1681), Minervalis (2421), *Magifter* publicus haruspicum (2293), *Mag.* Saliorum (2247. 2419), facrorum (2357). Cf. Dirkfen Civil. Abh. I, 1, 56; Marini Fr. Arv. 70. — Erant iis et *Magiftrae*, e. g. bonae deae (Or. n. 1519 1821), Fortunae (Or. n. 2128), Veneris (Or. n. 2429), *Magiftri* et *Magiftrae* facrorum (Or. n. 2148). — Erant etiam Magiftri primi (Fr. Arv. tab. XLIII) fecundi (Fr. Arv. tab. XXIV. XXVII. XLIII).

25) *Marini* Fr. Arv. tab. XXXV. XXXVI; *Grut.* 35, 5; *Marini* Ifcr. nel. Alban pg. 9.

26) *Grut.* 99, 9 115, 8 126. 252, 6. 261, 4. 394, 1. 411, 2. *Murat.* 364, 1. 1101, 4. 511, 4. 1. 523, 2. 518, 5. 521, 3. 4. 24. 63, 2. IV, 2178b; *Marini* Fr. Arv. 1. 2. 160. 215b 416. 558; *Marini* Ifcr. Alb. 24. 148 232; *Orelli* n. 1404 4051. Eodem modo *Decuriones* quinquennales Collegii Paftophorûm (Apulej. Metam. XI. in fine), *Patroni* quinquennales (Murat. 513, 4). De honore quinquennalitatis cf. *Orelli* n. 4075; *Grut.* 175, 8. Cf. et *Savigny* Hift. jur. rom. I, 41. 43. 47.

27) *Orelli* n. 2619; *Grut.* 126; *Reines.* 10, 1; *Marini* Fr. Arv. 488b; *Murat.* 515, 5; *Gud.* 206.

§. 186. Habebant porro *Collegii* cujusque fodales [1]) communem omnibus deorum cultum, communia ftatis temporibus facrificia, communem in quam reditus mulctasque inferrent arcam, communes denique omnium ad confulendum, epulandum [2]), ludos faciendos [3]) conventus. Sacris autem numinibus, diis tutelaribus, geniis [4]) fuis quodque collegium utebatur peculiaribus iisque inftituebant facerdotes [5]), aedificabant templa [6]), in quibus facra et preces facerent. Eodem modo fuam quodque habebat curiam [7]), in quam ordo collegii [8]) ad jus dicendum, ad confultandum decernendumve [9]) conveniret; ibique erant *archiva* five *tabularia*, *figilla*, imo et *vexilla*. Utebantur denique fuo quodque peculiare jure fodalitio fuoque in recipiendis novis fodalibus jurejurando. Poftremo ut vivis omnia fuerant communia, fic mortuos idem tumulus five fepulturae locus [10]) excipiebat.

§. 187. Ad peragenda illa facra, ad alendos facerdotes, praefectos, miniftros, ad exftruenda vel reficienda templa *impenfae* quaedam, ut confentaneum eft, opus erant, quibus fustentandis erant tum ea, quae nonnunquam a *patronis* [11]).

---

[1]) Qui et populus Collegii (Orelli n. 4043. 3097. 2417).

[2]) *Murat.* 491, 7; *Maffei* Muf. Veron. 362, 10; *Orelli* n. 4090. 4098. 4100. 4120. 4132; *Reines.* 369, 23; *Marini* Fr. Arv. XXVII. XXXIII.

[3]) *Collegiorum magiftri* fecundum Afconium (ad Cic. pg. 159) *ludos* praecipue inftituere folebant, ficut magiftri vicorum compitalitios praetextati. Cf. *Pitisci* Lexic. I, 512.

[4]) *Murat.* 527, 6. — [5]) *Orelli* n. 764; *Marini* Fr. Arv. 153. 191.

[6]) *Templum* Fabrûm et Centonariorum (Gruter. 1101, 1) cet. Cf. fupra pg. 76, annot. 4.

[7]) Quae et *fchola* (Orelli n. 4088. 4042; Murat. 565, 1 cet.) et *fequela* (Marini Fr. Arv. pg. 305. 505), *fequella* (Orelli n. 4134); *ftudium* (Orelli n. 4067. 4124. 4125. 4128. 4129). Cf. Grut. 18, 2. 471, 5.

[8]) *Ordo* collegii (Sponii pg. 53; Orelli n. 2417. 3097. 4043); *Ordo* corporatorum (Reines. pg. 589, anni p. Chr. 192); *Ordo* auguftalium (Orelli n. 2204. 3701) Cf. *Collegium ordinum* (L. 94. C. Theod. de decurion.). Vide Murat. 4, 2115.

[9]) Inde infcriptt. habent „Ordo Collegii noftri decrevit" (Or. n. 2417) five „Ex Collegii decreto, fententia, permiffu" (Cic. pro Seft. 14, in Vatin. 8; Orelli n. 4115. 11, 242) five „decurionum decreto et populi confenfu" (Orelli n. 4044), feu „*Lex* Collegii" (Orelli n. 2417); feu „*Placuit Univerfis honeftiffimi corporis* Dendrophororum" (Gruter. 414, 2, Orelli 4135). Cf. *Dirkfen* Civil. Abhd. I, 90.

[10]) *Murat.* 491, 7; *Maffei* Muf. Ver. 362, 10. 422, 1; *Gruter.* 374, 1; *Orelli* n. 8. 4503. 4553. 4558 (locus fepulturae). 4507. 4504 (locus fepulturae). 4510 (locus terrae). 4098 (Locum fepulturae donaverat collegiis). 4103 (haec loca funt lanariorum).

[11]) His ob talia de collegiis merita ftatuae interdum ponebantur ex decretis placitisque omnium fodalium. Cujus rei huc loco duo exempla afferimus, alterum factum in Curia Bafilicae Aug. Anianae (Grut. 391, 1. Orelli n. 4115): „Ti. Claudio. Esquil. Severo | decuriali lictori *patrono* | *corporis* pifcatorum et | urinator. Q. Q. III. *ejusdem corporis* | ob merita ejus | quod hic primus ftatuas duas unam | Antonini Aug. Domini n. aliam Jul. | Auguftae Dominae noftr. f. p. p. | una cum Claudio Pontiano filio | fuo eq. rom. et hoc amplius *eidem* | *corpori* donaverit. H. S. X. mila n. | ut *ex ufuris eorum quodannis* | natali fuo XVII. *Kal. Febr.* | *fportulae viritim dividentur* | praefer-

vel a focio quodam collegii legarentur, tum plerumque vectigalia et reditus civitatis ac municipii, tum etiam area communis, in quam et ad tales ufus et ad ftipem pauperioribus fodalium distribuendam fingulis menfibus ftatam pecuniam inferre folebant locupletiores. Quod fi ad quasdam impenfas faciendas haec omnia fubfidia deficerent, tunc ad has ipfas praeter folita tributa pecuniam *conferre* folebant opulentiores collegii fodales, unde frequentiffime in antiquis lapidibus illud „*Ex aere conlato et comparato pofuerunt*" cet [1]).

§. 188. Inprimis defunctos fodales collegia funere publico [2]) efferendos [3]) curabant; quae quidem funera nonnunquam laudationibus, ftatuis, epulis, aliis honoribus erant infignia. Ad has quoque impenfas et eas, crefcente magis apud Romanos luxuria, non mediocris pecunia in medium conferri folebat.

§. 189. Optime horum *Collegiorum* rationem duabus edocemur infcriptionibus: earum altera, quam apud Gruterum omiffam Sponius [4]) addidit, tabulis

---

tim cum navigatio fca|pharum diligentia ejus adquifita | et confirmata fit. ex *decreto* | *ordinis corporis* pifcatorum | et urinatorum totius alv. Tiber. | *quibus ex f. c. coire licet* f. p. p. ||." — Alterum (Grut. 444, 2; Orelli n. 4135): „C. Domitio Dextro II. L. Valerio | Meffala Thrafia Prifco Cos. | VI. Idus Januar. | In Curia Bafilicae Aug Annian. | *fcribendo adfuerunt* A. Aquilius | Proculus M. Caecilius Publicius | Fabianus T. Hardennius Secund. | Valentinus T. Caefius Baffianus | Quod poftulante Cn. Gajo Pudenti | O. V. de forma infcription. dan|da ftatuae quam *Dendrophor.* | Octavia Agathae P. C. N. ftatue|runt. Cn. Papirius Sagitta et P. | Aelius Eudaemon IIvir. Retulernnt Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. | *Placuit Univerfis* honeftiffimi | corporis Dendrophororum in|fcriptionem quam ad honorem | .... daret. quae | .... ferta eft ||." — Cf. Orelli n. 4076 (qui reliquit Collegio Dendroph.... ut ex ufuris ejus omnibus annis ei parentet hoc loco); 4090 (ex cujus fummae redit. omnibus annis XII. C. Auguft. die natalis fui epulentur). Cf. et *Polenii* Suppl. ad Gronov. Thef. Antiq. IV, 758.

[1]) Vide *Waffenarium* De Collegiis et Corporibus. Lugd. Batav. 1740 (in Fellenbergii Jurisprudentia antiqua I, n. 7. p. 399; praecipue cp. 4); *Heineccii* Diff. de Collegiis et corporibus opificum (in Sylloge opuscul. ejus T. II, 9); *Platner* De Collegiis opificum (Lips. 1809); *Dirkfen* Civilift. Abhandl. (Berol. Reimer. 1820) II, 1 — 143; *Briffonii* Diction. Jurid. et Selecta antiq. I, 14; *Pancirol.* Append. ad Not. Imp. Occid; Cod. Juftinian. Tit. de Collegiis et corporibus; Dominici *Brichierii* Colombii De Collegiis et corporibus libri duo numquam publici juris facti (*Savigny* Zeitfchrift III, 3. pg. 405); *Orelli* Infcr. II, pg. 243 — 246; *Muratori* Claff. VI, pg. 511 cet.; *Sponii* Mifc. pg. 52; *Schweppe* Rechtsgefch. §. 228; *Creuzer* Röm. Antiquit. pg. 247. De *Collegiis* in *Coloniis* cf. et *Gori* Infcr. II, 314 — 315

[2]) Funus. pub. ob merita (Gori infcr. II, 60, 3).

[3]) *Gruter.* 386, 5; *Orelli* n. 3724 (M. Helvio M. F. M. N. Serg. Agrippae F. Huic ordo fplendidiffimus Rumulenfium *impenfam funeris*, *ftatuam*, *locum fepulturae decrevit.* M. Helvius Agrippa pater honore ufus *impenfam remifit*); *Orelli* n. 139 (funus, locum, ftatuam, monimentum publicum). De locis fepulturae decretis vide pg. 81, adn. 10 et pg. 86; et *Kirchmann* de funeribus Romanorum; *Gutheri* de jure manium; Cod. *Juftinian.* III. tit. 42. 44 (de religiofis et fumptibus funerum).

[4]) *Sponii* Mifcell. erudit. antiq. p. 52, repetita in *Polenii* Suppl. ad Gronov. Thes. antiq. IV, 751 et in *Orelli* n. 2417. Cf. *Fabretti* 10, 143. 1, 331; *Marcelli* opp. epigraph. (Patavi 1819. 4) vol V.

marmoreis incifa, nunc Romae in aedibus Barberinis, continet donationem „*Collegio Aefculapii et Hygiae*"[1]) factam; hoc enim nomen habebat, quod ejus collegii fodales Aefculapii aediculam in templo Divorum frequentare in eaque facrificare et epulari folebant ftatis anni diebus, XIII. fcilicet Kal. Octobr., qui dies fuit natalis *Antonini Pii*, atque eo die, quo ipfum Collegium primum inftitutum fuit („die natali Collegii"). His diebus folemnibus ex fundorum legatorumque reditibus pro *fportulis* five munusculis certus denariorum numerus cum vino et pane[2]) collegii populo distribuebantur, nummi etiam auri interdum dividebantur. Praeter hos illud collegium alios quoque quotannis dies feftos celebrabat, ut *carae cognationis* (menfe Februario, ut in veteribus faftis rufticis laudatur *cara cognatio*), *diem violarem* (quod tunc viola florere inciperet), *diem rofae* (decimo calendas Junias)[3]).

§. 190. Salvia vero Marcellina nobilis opulentaque matrona in memoriam Flavii Apollonii Procuratoris Augufti et Capitonis mariti fui, qui illius fuerat adjutor, locum aediculae et *vim pecuniae* haud contemnendam dono dederat, fcilicet feftertiorum L millia, hac conditione ut reditus in ufum quendam converterentur, quem ipfa deinde praecipit. Ideo *mater* Collegii appellatur, ficut Publius Aelius Zeno *pater* collegii, cum illi pecuniae addidiffet X millia feftertiorum, in memoriam Capitonis, quem modo laudavimus, fratris fui. Sed conferas velim documentum ipfum:

§. 191. *Salvia*. C(aji). F(ilia). *Marcellina* ob memoriam Fl(avii). Apollonj Proc(uratoris). Aug(ufti). qui fuit a Pinacothecis et Capiton(is) Aug(ufti). L(iberti). Adjutor(is) ejus, mariti optimi piiffimi *donum dedit Collegio* Aesculapj et Hygiae *locum aediculae* cum pergula[4]) et folarium[5]) tectum junctum, *in quo populus collegj ff. epuletur,*

---

[1]) Aefculapius et Hygi(e)a conjuncti et in *Orelli* n. 3181. 1576. 1580. 1581.

[2]) *Orelli* n. 4100 (dedicatione dedit juvenibus ... adjuta pane et vino epulantibus). 2385 (panem vinum et fportulas dedit); *Reines*. Synt. 369, 23 (Dendroph. panem vinum ac fportulas dedit); *Orelli* n. 4133. 4132. 4120. 4115. 4093. 4039. 4012 (fportulas dedit).

[3]) *Orelli* n. 4419: „Inque memoriam fuae et celeadae fepultura *rofis* et *efcis* paganis quisquilenis n. DCCC. dedit. ex cujus fummae reditu *rofam* minus ex is n. XVI. pofuiffe velint et reliquum quod eft ex ufuris *efcas rofales* et *vindemiales* omnibus annis poni fibi voluit et loco uti juffit. Simila. *Rofae* et efcae (Or. n. 4070); *rofales* efcae (Marini Fr. Arv. 581), *flos rofae* (Or. n. 4107), *rofa* et *rofalium dies* (Marini Fr. Arv. 580. 639), *rofis* quodannis celebrent (Orelli n. 3927).

[4]) Pars domus porrecta et perpendens.

[5]) Locus editus atque foli expofitus, nonnunquam etiam tecto inftructus, quo ad deambulandum uti folebant.

quod eft via Appia ad Martis [1]) intra miliarium I et II ab urbe euntibus parte laeva inter ad fines Vibium Calocaerum et Populum. Item eadem Marcellina *Collegio ff. dedit donavitque* HS(eftertiorum) L M(illia) N(ummûm) *hominibus* n(oftris) fexaginta fub hac condicione, ut *ne plures adlegantur* quam numerus ff. et ut *in locum defunctorum loca veniant* et liberi adlegantur vel fi quis locum fuum legare volet filio vel libero dumtaxat ut *inferat arkae* n(oftrae) partem dimidiam *f u n e r a t i e j* [2]) et ne eam pecuniam ff. velint in alios ufus convertere fed ut ex ufuris ejus fummae *diebus infra feriptis locum confrequentare* ex reditu ejus fummae, fi quod comparaverint fportulas *hominib.* n(oftris) L.X ex *decreto univerforum* quod *geftum* eft in templo Divorum in aede Divi Titi *conventu pleno*, qui dies fuit *V. Id. Mart.* Bruttio Praefente et Junio Rufino *Cos.* uti XIII. K. Oct. die feliciffimo n(atali) Antonini Aug(ufti) n(oftri) Pii P(atris) *fportulas dividerent* in templo Divorum in Aede Divi Titi C. Ofillio Hermete QQ(uinquennali) PP(erpetuo) vel qui tunc erit * (= denarios feu fportulas) III, Aelio Zenoni *Patri Collegj* * III, Salviae Marcellinae *Matri Collegj* * III, Imm(unibus) fing(ulis) * II, Cur(atoribus) fing(ulis) * II, *populo fingulo* * I; item pi(ebi) pr(idie) Non(as) Nov(embres) *N(atali) Collegj* dividerent ex reditu ff. ad Martis in *fcholam* praefentibus qq(uinquennalibus) * VI, *Patri Collegj* * VI, *Matri* Collegj * VI, imm(unibus) fing(ulis) * IIII, Cur(atoribus) fing. * IIII, *panes IIII*, *vinum*, menfuras, qq(uinquennali) — s(extaria) VIIII, *Patr.* Coll. - s - VIIII, imm. fing. - s. VI, Cur. fing. - s. VI, populo fing. - s III; item pr(idie) Nou(as) Jan. ftrenas divideret ficut ff eft, XIII. K. Oct. item VIII Kal. Mart. die *karae cognationis* ad Martis eodem loco dividerent *fportulas, pane(m)* et *vinum* ficut ff eft; pr. Non. Nov. item prid. Mart. eodem loco *cenam* quam Ofillius Hermes qq. *omnibus annis dandam praefentibus promifit* vel fportulas ficut folitus eft dare; item XI. K. Apr. *die violari* eodem loco praefentibus dividerentur *fportulae vinu(m) pane(s)* ficut diebus ffs, item V. p. Maj. *die Rofae* eodem loco praefentibus dividerentur fportulae vinu(m) et pane(s) ficut diebus ffs, ea conditione qua *in conventu placuit univerfis* et diebus ff, ii qui *ad epulandum non conveniffent* fportulae et pane(s)

---

1) Scil. aedem. Templum enim Martis erat extra portam Capenam in Via Appia, quare Martis extramuranei dicebatur.

2) En vocem noftri codicis ipfiffimam (fi cum Plauto fabulari licet)! *Funeraticium* pecunia erat, quae in funera impendebatur. Exftat et „*funeraticia* actio" apud Pompon. ad Pandect. Dig. XI, tit. 7, leg. 30. ed Torrentin. [ed Hainand. mutat in *funeraria*, nec melius Briffonius (Diction. juridic. 1734) et Sponius 1152 et Forcellinus habent Fuorraticum]. *Funeraticius* formatur ut compitalicius, tribunicius, teguiirius, fodalicius, aedilicius, ruratoricius (*Orelli* n. 1108), quinquennalicius (*Orelli* n. 3720. 3722. 3890). Ecce infcript. ap. *Orelli* 4107 (= 4420; Marat. 525, 3): „D. M. | C. Torius C. F. Laliinnus Qvit|qvit ex rorpore menforum | machinariorum *funeraticii* | nomine fequetur. reliqvm penes | r. p. a. a. *remanare* voio ex cujus | ufuris peto a vobis coliege uti | fufcipere dignemini VI. diebus fo|lemnibus facrificiam mihi fari|atis id eft iiiI. id. Mart. die nataiis | mai uaque ad * XXV. pareotaiis * XII. S | Fios rofa * v. Si facta aon | fuerint tunc fifro *ftacionis* | annuae *Duplum f u n a r a t i c i u m* dare | debebitis.

et vinu(m) eorum venirent et praefentibus dividerentur, excepto eorum qui trans mare erunt vel qui perpetua valetudine detinetur. Item P. Aelius Aug. Lib. Zenon eidem *Collegio ff.* ob memoriam M. Ulpj Aug. Lib. Capitonis fratris fui piiffimi *dedit donavitque* HS. X. M(illia) N(ummûm) uti ex reditu ejus fummae in *contributione fportularum* dividerentur. Quod fi ea pecunia omnis quae ff eft, quam dedit donavitque *Collegio* ff. Salvia C. F. Marcellina et P. Aelius Aug. Lib. Zeno in alios ufus convertere voluerint quam in eos ufos qui ff. f., *quos ordo Collegj non decrevit* et uti haec omnia quae ff. f. *fuis diebus* ut ita et ant(e) dividantqne. Quod fi adverfus ea quid egerint five quid ita *non fecerint*, tunc q. q. vel curatores *ejusdem Collegj*, qui tunc erant, fi adverfus ea quid fecerint, qq. et curatores ff uti *poenae nomine arkae n*(oftrae) *inferant* HS $\overline{XX}$. m(illia) $\overline{n}$(ummûm). *Hoc decretum* ordini $\overline{n}$(oftro) placuit in *conventu pleno* quod *geftum* eft in templo Divorum in aede Divi Titi. *V. Id. Mart.* C. Bruttio Praefente A(ulo) Junio Rufino *Cos.* QQ(uaeftoribus) Ofilio Hermete Curatorib(us) P. tel. Aug. Lib. Onefimo et C. Salvio Seleucio.

§. 192. Altera marmoris infcriptio vel potius defcriptio decreti Collegii cujusdam Ceretanorum [1]) ex anno p. Chr. 113. valde propius noftrum libellum cereum tangit. Incipit omnino eodem ejus modo „Defcriptum et recognitum factum in Pronao aedis Martis ex commentario, quem juffit proferri Cyperius Hoftilianus per T. Ruftium Lyfiponum fcribam. in quo fcriptum erat id quod infra fcriptum eft;" e quibus ultimis verbis infolitior illa noftri codicis breviatio (it quot *i s* eft) interpretationem fibi habet. Ex „*commentario*" illo quotidiano municipii Caeretum cerato faepius in marmore illo legimus „inde pagina $\overline{XXVII}$. kapite $\overline{VI}$ — Inde pagina altera capite primo — Inde pagina — VIII kapite primo." Neque in fine denique deeft „Actum Idib. Juniis .... Cos."

§. 193. Sed infcriptio haec eft [2]):

Vesbinus [3]) Aug(ufti) L(ibertus) Phetrium [4]) *Auguftalibus* Municipii *Caeretum* loco accepto a re p(ublica) fua impenfa omni exornatum donum dedit.

Defcriptum et recognitum factum in Pronao aedis Martis ex commentario, quem juffit proferri Cyperius Hoftilianus per T. Rufiium Lyfiponum *fcribam* . in quo fcriptum erat it quod infra fcriptum eft.

---

[1]) Reperta anno 1548 apud Cereles, nunc Romae fervata.

[2]) *Gruter*. 214; *Orelli* n. 3787; *Haubold* Antiquitatis Romanae Monumenta legalia. (Berol. Reimer 1830. 8.) pg. 237.

[3]) *Gruter*. 214, 1; *Orelli* n. 3788.

[4]) Pro Fretriam, φρητριον, curia collegii. Vide fupra pg. 68. §. 153.

L. Publilio Celso II Cos. Clodio Crispino Cos. Idibus Aprilib. M. Pontio Celso Dictatore C. Suetonio Claudiano Aedile iuri dicundo praef. aerarii *commentarium cottidianum* municipii Caeritum.

Inde pagina XXVII kapite VI.

M. Pontius Celsus Dictator et C. Suetonius Claudianus Decuriones in templo Divor(um) Corrogaverunt ubi Vesbinus Aug. Lib. *petiit* ut sibi *Locus* publice daretur sub porticu Basilicae sulpicianae, uti Augustalib(us) in eum locum phetrium faceret; ubi ex consensu decurionum locus ei, quem desideraverat, datus est, placuitq(ue) universis Curiatio Cosano Curatori ob eam rem epistulam mitti. *in curiam fuerant* Pontinus Celsus. Dictat(or), Suetonius Claudianus Aed(ilis) Juridic., M. Lepidius Nepos Aedil. Annon(ae), Pollius Blandus, Pescennius Flavianus, Pescennius Natalis, Pollius Collonius, Petronius Innocens, Sergius Proculus.

Inde pagina altera capite primo. [Sequitur epistola]

Magistratus et Decurion. Curiatio Cosano Sal(utem). Idib. Aug.

Desideranti a nobis Ulpio Vesbino Consilium Decurion. Coegimus, a quib(us) petiit ut sibi locus publice in angulo porticus Basilic. daretur quod se Augustalib(us) phetrium publice exornaturum secundum dignitat. municipii polliceretur. gratiae huic actae sunt ab universis placuit tamen tibi scribi an in hoc quoque et tu consensurus esses, qui locus rei p(ublicae) in usu non est nec ullo reditu esse potest.

Inde pagina VIII. kapite primo. [Responsio]

Curiatius Cosanus m a g (ister) et Dec(anus) Caeretanor. Sal.

Ego non tantum consentire voluntati vestrae, set et gratulari debeo, si qui rem p(ublicam) n(ostram) exsornat. accedo itaq. sententiae vestrae non tanquam unus exs ordine, cum tam honesta ex*ss*empla etiam provocari honorifica exornatione debea(n)t.

Data Prid. Idus Septembr. *Arueriae.*

Act. Idib. Juniis Q. Ninnio Hasta P. Manilio Vopisco Cos.
Dedicatum K. Aug. Isdem Cos.

§. 194. Haec igitur sufficere videntur ad rationem Collegiorum, magistratuum rel., quaenam fuerit, illustrandam.

Jam vero ut paucis complectamur, quae hucusque fusius disputavimus, id effecisse nobis videmur, ut quisque sibi persuasum habeat, libellum nostrum esse genuinum, neque quidquam esse, sive materiae speciem sive scripturae genus sive sermonis rationem sive verba solemnia sive res ipsas, quae in eo tractentur, spectamus, quod impediat, quominus ex antiquitate profectum habeamus et ad ipsum illud tempus, quod prae se fert, referamus.

§. 195. Paene fuperfluum eft addere, etiam externam, qua conceptus eft, fpeciem rectiffime fe habere. Senatus confulti exhibet formam juftam, omnibusque ut dicunt numeris abfolutam, ut neque menfis nec dies nec confulum, quorum magiftratu conceptus eft, eorumque qui fcribendo praefto fuerant, nomina defint. Quamquam non praebet univerfi quidem Collegii quoddam decretum in conventu pleno placitum, fed ut monuimus, exemplar commentarii rerum actarum (quod hodie dicimus Protokolls-Abfchrift) ad tabellionis ftationem concepti, in quo publice declaratur, quibusdam de caufis haud univerfum Collegii populum conveniffe diebus illis, quibus lege contineretur convenire, neque fufficere plures diutius voluiffe funeraticiis relq.

§. 196. Sed jam fumma rei ita abfoluta, ne differtatio in nimis amplam extendatur molem, pergamus ad Nomina, quae tum *hominum* tum praecipue *locorum* in tabulis noftris obvia funt enumeranda, et quantum noftrarum eft virium quantumque inftituti operis ratio defiderat illuftranda.

Itaque primum de *nominibus hominum.*

§ 197. Sunt autem in libello noftro haec nomina: Artemidorus Apollonii (filius?), Valerius Niconis, Offas Menofili, Julius Julii. Vides complura eorum *graecum* fonare, eodemque fpectare videtur, quod fingulis fingula patrum nomina funt appofita [1].

§. 198. Primum Appollonius (Ἀπολλώνιος) nomen tum creberrime in infcriptionibus Gruterianis, Orellianis al. occurrit; tum ipfum Marcum noftrum Antoninum Verum *Apollonio* quodam Chalcedonico ftoico ufum effe magiftro accepimus [2].

§. 199. Porro Artemidorus (Ἀρτεμίδωρος) nomen et infcriptionibus [3]) atque Anthologiae graecae non alienum; et jam fupra [4]) vidimus in donatione illa ab *Artemidoro* quodam Herennio Agricolae facta, quam ad annum noftro libello finitimum p. Chr. n. 174. referendam effe monuimus. Item Tit. quidam

---

[1]) Similia *Seivert* n. 76 (C. Jul. C. Fil.), n. 124 (P. Aelio Titi Filio) ac plurimae.

[2]) Ex Julio Capitolino.

[3]) *Artemidorus* (Gruter. 463, 1. 636, 6. 650, 2. 770, 2. 808, 9. 865, 15. 1155, 15; Murat. 951, 6. 1071, 7. 1273, 7. 1997, 4; Marini Fr. Arv. 358; Marm. Oxon. Ll. 8, 4. 87. L. 2, 3. 113. LXXX, 6. 85. 67. 89. 91. 117. LXXXVIII, 2. 119. XCII, 2.); Ἀρτεμίδωρος (Gruter. 191, 4); *Artemidorus* ferv. mulinator (Gruter. 1070, 1), villicus (79, 4), marius (648, 8); *Aur. Artemidorus* a. p. Chr. 228 (Orelli n. 3182).

[4]) §. 63. pg. 41.; *Orelli* n. 4358.

Flav. *Artemidorus* invenitur in epitaphio Romae reperto [1]). *Artemidorus* erat cum Hierone dux militum Syracufanorum, *Artemidorus* architectus imperatoribus Trajano et Hadriano, *Artemidorus* Ephefi oriundus fcripfit de fomniis et fomnilogiis. Alius *Artemidorus* Daldiae Lydiae oppidulo oriundus philofophus Antonino Pio et ipfo noftro Marco Aurelio Antonino [2]) imperatoribus floruit. Alius etiam *Artemidorus* Ptolemaei filius *(βασιλικὸς γραμματεὺς)* anno quindecimo imperii Hadriani Memnonis in Aegypto columnam audivit [3]). Denique Plinius faepius *Artemidorum* quendam auctorem laudat [4]).

§. 200. Nico *(Νίκων)* fatis frequens in marmoribus [5]); neque minus Menophilus *(Μηνόφιλος)*, quod nomen et in lapidibus [6]) et in emptionis quodam libello nuper edito obvium eft, ubi Flaminius quidam *Menophilus* apparet [7]). Erat ipfo imperatore Alexandro Severo praefes Moefiae *Menophilus*, quem Gothis Daciam invadentibus grandem folviffe pecuniam conftat [8]).

§. 201. Reliqua, quae his immixta funt nomina Valerius et Julius, et ipfa ufitatiffima, genuinam produnt Romanam originem. Solummodo Offas aeque ac Geldo, quod nomen in cerae tertiae parte dexteriore comparet, et ab latino et a graeco pariter ore videtur abhorrere. Sed de his infra.

§. 202. Eadem pagina juxta hoc nomen prima manu mihi quidem fcriptum fuiffe videtur „L. Vafidj," quod pro Vafilio five Bafilio cave fumas; nam

---

1) Philofophical Transactions 1736. n. 41.

2) Cf. *Handium* in Erfchii et Gruberi Encyclopaedia V, 140

3) Vide *Letronii* Infcription. graec. et lat. in Coloffo Memnonis (in *Transactionn.* Societatis literariae regalis. Londin. 1832. II, 1. p. 36. n. 60).

4) *Plinii* H. N. II, 108.

5) *Nica* (Gruter. 988, 11. 1141, 4; Marm. Oxon. 133. XXVIII, 8); *Nicon* (Gruter 656, 5. 616, 10. 949, 3. 987, 10. 1071, 6; Marini Infcr. Alban. p. 111); *Νίκων* (Gruter. 697, 6 fed fpuria infcr.; Marm. Oxon. 109. LXVII. 97, 18); *ΝΙΚΩ* (Ofan Sylloge infcr. antiq. gr. et lat. Lips. 1834. p. 78); *ΝΙΚΩΝ* (ibid. 196 211. 230. 334. 398).

6) *Gruter.* 240. 263, 7. 620, 7. 916, 10. 990, 10. 1156, 10; *Wiener* Jahrbücher d Literat. 1820. XII, Anzeig.-Bl. p. 27. n. 103 (Menocratis fil. *Menophil.*); *Hallifch.* Lit. Zeit. 1835, Suppl. 73, col. 591 (infcr. e Thera, quam nobiscum communicavit cl. *Prokefch* ab Often); Sponii p. 121 (Agafias Menophili fculptor); *Μηνόφιλος* (Gruter. 48, 8. 655, 2; Maffei Mus. Veron. 352, 7; Murat. 320, 2. 1711, 1; Marm. Oxonie. 87, L. 3, 5. 89, 14. 95, 10. 101. LIV, 3, 8; Ofan 199. 339. 347. 370. 383. 381 (*Μνοφιλος*); Minophilus (Marini Fr. Arv. 560); *Menopilus* et Monophilus (ibid. 212). Servus Ti. Germanici *Menophilus* (Grut. 602, 10) idem videtur ac *Memnofilus* (Grut. 995, 3). Nomina fimilia *Ζηνόφιλος*, *Πασίφιλος*, *Πάμφιλος*, *Θεόφιλος*, *Ἰσόφιλος* cet.

7) *Melchiorri* e *Vifconti* Silloge d'ifcrizioni antiche inedite. Rom. 1823. 8.

8) *Petri Patricii* Excerpt. e legat. p. 24; *Tillemont* ad vit. Alex. Severi p. 317; *Aschbach* Gefchichte der Weftgothen p. 24.

certiſſime in inſcriptionibus obvenit *Vaſidius*[1], *Vaſſidius*[2], *Vaſſidia*[3]. Ceterum quum illo loco, cera iterum oblita, aliud ſecunda manu ſit reſcriptum, propter ductus valde turbatos nihil pro certo porro affirmare auſim.

Succedit deinde eadem linea Victorif nomen tritiſſimum atque ad nauſeam usque cognitum jam tirunculis noſtris[4] ſaepiſſimumque in inſcriptionibus[5], uti et *Victorius* cet.

§. 203. Hunc excipit Secundinus[6], nomen pariter creberrimum in inſcriptionibus. In lapide, qui eſt Szekfalvae Transſylvaniae oppidulo[7] occurrit „C. Clod. *Secundinus* II vir Col", qui imperatore Hadriano militavit in Dacia; in epitaphio quodam marmori inciſo Brettae, qui eſt vicus Daciae, reperto „C. Julius *Secundinus* Julii *Sec.* F(ilius)"[8].

---

[1]) *Grut.* 713, 5; *Vaſidius* et *Vaſidia* (Murat. 1227, 5).

[2]) *Grut.* 112, 11. 1135, 7; *Murat.* 754, 7. 1605, 6; *Maffei* Mus. Veron. 163, 2 (V. F. | L. *Vaſſidius* M. F. | Mercator ſibi et | M. *Vaſſidio* M. F. | Frontoni | C. *Vaſſidio* M. F. | Clementi . . . . | .). — Formantur nomina compluria in *-idius*, ut Auridius, Aburſidius, Amidius, Umidius, Ummidius, Numidius (Numitius, Numicius, Numiſius), Pumidius; Aupidius, Auſidius, Ofidius, Ovidius, Aubidius, Avidius, Abidius (*Ἀβίδιος*, *Αὐίδιος*), Afidius, Apidius, Epidius, Eipidius (*Grut.* 662, 6), Helpidius, Albidius, Alfidius, Ailidius, Aatidius, Atlidius, Atidius, Acidius, Aogidius, Affidius, Hoſidius, Caſidius, Caeſidius, Caecidius, Conſidius; Bruttidius, Cabidius, Calidius (*Maffei* Veron. 389), Calvidius, Clavidius (Claudius?); Ciaſtidius, Caſtidius, Cervidius, Carſidius, Cornaſidius, Firmidius; Fuſidius (Fuſicius); Gavidius; Gratidius, Graecidius; Leatidius, Lepidius; Maſſidius, Malidius, Melidius, Mealdius, Minidius (Minicius); Vinidius, Venidius; Nymphidius, Niſtacidius, Nigidius, Obſidius, Placidius, Popidius, Ficidius, Piſidius, Piſſidius (conſul a. p. Chr. 313), Paſidius, Pelidius, Pellidius; Ruſidius; Salvidius, Savidius (*Spon* 251), Sabidius; Talpidius, Turpidius, Tigidius, Tuſidius, Tucidius, Vettidius, Velſidius, *Viſidius* (Mon. Piſaur. 109), Viſidia, Vitidius, Vagidius, Veidius, Vibidi(ea)us, Vespidius (*Seivert* n. 197), Vertidius relq. — Alia formantur in *-edius* (Vinedius, Valledius, Vettedius, Veſedius, Trottedius, Truledia, Aburedius, Altedius, Ultedius, Alledius, Ailuiedius, Eredius); et in *-aedius* (Poppaedius, Domaaedius), alia in *-adius* (Domadius, Ufadius, Paliadius); alia denique in *-udius* (Ampudius, Amudius, Tamudius, Thamudia).

[3]) *Murat.* 1247, 1. Similia nomina feminina: Muttidia, Mettidia, Amidia, Ummidia (*Grut.* 661, 4) Gavidia, Fulcidia, Fordicidia, Decidia, Euſidia (*Seivert* 61), Viſidia, Trulodia cet.

[4]) *Sextus Aurelius Victor!*

[5]) Aurelius Victor obvius apud Orelli n. 3715, Gruter. 372, 8; *Cornelius Victor* ann. p. Chr. 252, (Grut. 1081, 1; Boldetti p. 281); C. *Valerius Victor* (Reines. Synt. 338, 89) etc. etc.

[6]) *Secundini Leg*... (*S. Legiſtae* ſ. *Legati*?)

[7]) *Seivert* n. 118; *Hohenhauſen* p. 103.

[8]) *Seivert* n. 191; *Secundina* n. 226. — C. Sempronius *Secundinus* (Grut. 625, 6), T. Claudius *Secundinus* (Grut. 651, 10), M. *Secundinus* (Maffei Mus. Veron. 275, 4), Faſicius *Secundinus* (Spon. 249), Sabinius *Secundini* (Montfaucon Diar. Ital. p. 141), Mummius *Secundinus* nobilis Severo imperatore, Decius *Secundinus* anno 511. p. Chr. Salonae in Graecia, quae olim Ampliſſa. Cf. *Orelli* n. 146. 203. 431. 4069. 4090. 4671 (Secundina). Cf. et Inſcriptio Tigurens. in Muſeo Helvetico (Schweizeriſches Muſeum für hiſtor. Wiſſenſchaften 1837.) I, 1, 128.

Sequitur Stertinius, item non rarum in inſcriptionibus [1]); vidimus etiam in illo latere, cujus ſupra (§. 115. 116) mentionem fecimus.

§. 204. Deinde Ruſticus (ſ. Ruſticius) conjunctum [2]) nec marmoribus [3]) nomen alienum, nec faſtis ipſis conſularibus: exhibetur enim ad ann. Chr. 119; item ad ann. 162 Q. quidam Junius *Ruſticus*, quem graeci faſti *Ῥουςίκιον* [4]) nominant, idem quem Marcus noſter Antoninus audivit ſtoicum magnoque in honore habuit. Poſt illa denique ſcriptum fuiſſe ſuſpicor Aelius, nomen [5]) aeque uſitatiſſimum [6]). Quorum praeterea nominum certiſſime comparent veſtigia, ea ne conjectando quidem enucleare mihi contigit [7]) atque aliis oculis iisque acutioribus felicioribusve id operis relinquo.

§. 205. De *hominum* igitur, quae in libello inveniuntur, nominibus haec ſunt, quae habui monere. Jam reſtat ut ad *locorum* nomina ſive geographicam Libelli Noſtri partem transeamus perluſtrandam. Itaque relicta Italia, ut ad Danubii fluenta inque Daciam provinciam, montium venis et fluminum glarea auriferam, me comitari velitis vos, humaniſſimi lectores, etiam atque etiam rogo.

---

[1]) *Stertinia* (Murator. IV, 2317b), L. *Stertinius* (Orelli n. 3816), Q. *Stertinius* Max. (Kellermann Vigil. roman. latercula duo. Romae 1835. pg. 52. 62)

[2]) Stertinii Ruſticj *L*(egati ?) videtur.

[3]) Aurelius *Ruſticus* L(egatus) Au(guſtalis): Seivert 20, 21 (lapis Turdae in ipsa Dacia repertus); *Ruſticus*: Murat. 916, 5. 931, 17, 601, 1; Oſann Syll. Inſcr. X, 512; Orelli n. 2369.

[4]) Similiter *Ruſticus* ap. Grut. 286, 7. 520. 577, 1. 1272. Apud Marcell. Lucilius *Ruſticus* et *Ruſticianus* ſacerdotalis. — Marmor Ancyraeum de anno p. Chr. 206. praebet Φούλβιον Ῥούστικον; Monum. Ravennat. ex anno 501 (Marini Papir. n. 113) Melminium *Ruſticum*. Anno 520. Conſul erat Fl. *Ruſticus*. — *Ruſtius* quidam occurrit ap. Orelli n. 2382. — In Ennodii operibus occurrunt *Ruſticus* (Tornaci, p. 306. 331), *Ruſticius* (p. n. 364), *Ruſtica* (p. 79).

[5]) AIILJI *lati(ni ?)* videtur.

[6]) *Seivert* n. 121. (in colum. Apuli); p. 188, n. 1.) cet. cet.

[7]) STAT .... etc.

II.

AURARIAE.

Heu quantum fati parva tabella vehit!

Ovidii Fast. II, 407.

§. 206. Quotiescunque loco quodam res, ex antiquis temporibus profecta, erit inventa, inter eum locum atque rem ipsam propriorem quendam et interiorem connexum intercedere, nemo erit qui addubitet. Repertae autem sunt Tabulae nostrae **Abrudbányàe**, oppidulo vel potius vico Transsylvaniae [1]), qui in comitatu Albensi superiore situs est, atque corona montium nunc quoque metallis et inprimis auro refertorum cingitur. *Romanorum* autem illic praecipuam fuisse olim **auri fodinam** atque omnium longe fecundissimam, neminem harum rerum peritum latet [2]). Itaque factum est, ut inde a Trajano, a quo Daciam esse devictam, usque ad Aurelianum, a quo cultam jam provinciam rursus esse derelictam constat, tanquam reliquarum caput *κατ' ἐξοχὴν*, ut dicunt, **Auraria** [3]) audiret, vel etiam Auraria magna s. major, quo scilicet nomine distingueretur ab Auraria parva s. minore, haud procul ab illa distante.

---

[1]) Recentiores quidam ex Novell. CXXXI, cp. 3. Daciam *mediterraneam* nominarunt, ut J. *Seivert* (Inscription. monumentor. roman. in Dacia mediterranea. Viennae, 1773. 4.), *Benkö* (Transsylvania. Viennae, 1778. 8), *Felmer* (Historia Transsylvaniae. Cibinii, 1780. 8. p. 13 et 41: Daciae ripensis, alpestris et mediterranea), *A. Huszti* (Dacia mediterranea s. Transsylvania vetus. Mscr.), *Brissonius* (De verborum significatione s. Diction. jurid. Halae Sax. 1734, p. 289), *Bischof* et *Müller* (Lexic. geogr. pg. 397), improbantibus tamen *Mannerto* (Trajani ad Danub. gest. Norimb. 1793, p. 70) et *Engelio* (Trajani ad Danub. expedit. Vindob. 1794. 8. pg. 276), quod istud nomen certa auctoritate careat. Ansam fortasse praebuerunt duo loci, alter Jornandis (de regnor. successione: „Eam dum regnaret, amisit Daciam Aurelianusque imperator evocatis exinde legionibus in *Moesia* collocavit, *ibique* aliquam partem *Daciam mediterraneam*, Daciamque *Ripensem* constituit et Dardaniam junxit"), alter Sexti Rufi („Per Aurelianum translatis exinde Romanis *duae* Daciae in regionibus Moesiae et Dardaniae factae sunt"). Sed hanc quoque Daciam recentiorem tanquam unam necdum divisam adhuc *Vopiscus* laudat (in vita Aureliani cp. 39). Notandum tamen in lapidibus jam Trajani Decio positis occurrere „*Daciarum* col. nova Apul" (Seivert n. 37. 71. Bartaliff. p. 7) et Daciae Mediterraneae et Ripensis mentionem fieri in Notitia Dignitatum et administrationum imperii (edit. *Böcking*. Bonn. 1839. pg. 14. 107), unde sequi videtur, tum temporis etiam mediterraneam exstitisse. Sed cf. *Francke* Zur Geschichte Trajans (Güstrow, 1837) p. 159.

[2]) Cf. *Bischofii* et *Mülleri* Lexicon geographicum pg. 136; ut ne *Steinium* quidem compilatorem istum Berolinensem fugerit in Lexico geographico.

[3]) *Auraria* vocula absoluta posita pro auri-fodina s. pro metallis auri jam *Tacitus* usus est Ann. VI, 19. Alias Adjectivum legitur, ut *Aurarius* operarius, *Aurarius* (Orelli n. 3096), auraria et margaritaria de via sacra (Orelli n. 4148; Murat. 964, 1; Don. 319, 13), et alia quadam significatione, eaque ut dicunt translata in statuae Nolanae inscriptione usurpatur: „*aurariae* necessitatis defensor civium subventor" (Orelli n. 6, Gruter. 1095, 7).

§. 205. Atque nunc quoque [1]) plane eodem modo a slavonico, quod aurum significat, vocabulo *zlato* [2]) haec quidem incolis Transsylvaniae teutonicis [3]) Klein-Schlatten [4]) sive *Zlatna*, *Zalatna* [5]), illa quae est Abrudbányàe Groß-Schlatten [6]) nuncupatur, ut mutato gentium ore et lingua semper idem retinuerint nomen ex auro ibi effosso depromptum, quamquam utraque quidem non jam ea, qua antiquitus cultura exercentur, illa autem, quae est *Zlatnae*, fere omnino inculta ac deserta jacet. Solummodo Wlachi et Zingari ejus regionis accolae auro ex fluviorum lavata arenâ conquirendo vacant, quod ipsum negotium tantum abest ut strenue exerceant, ut singulis annis ad summum haud plus singula millia pondo auri iis redeat, quod in praefecturam Abrudbányensem asportant, ad libram publice examinandum, nummisque signatis compensandum. Ceterum illi vici neque inter se multum distant, et ab *Alba Julia* s. Carlsburg prope absunt, *Zlatna* quidem tribus milliaribus, Abrud-Bányà quinque vel quatuor et dimidio.

§. 208. Sed nunc inprimis de veteris illius Aurariae situ et ratione accuratius exponere animus est atque his proximis foliis integram ejus imaginem delineare, idque ea potissimum de causa, quia Mannertum nostrum, id quod valde miror, in libello suo de Trajani ad Danubium rebus gestis [7]), de ceteris quidem Romanorum in Dacia coloniis fusius egisse, de *Aurariis* Dacicis parum meminisse video [8]).

---

[1]) Cf. Sam. *Kölcseri* de Keres-Eer Auraria Romano-Dacica (Cibinii, 1717. 8); *Benkõe* Transsylvania I, 22. 24. 25; *Seiverti* Inscript. p. 24. 117.

[2]) Martinus jam *Opitius* in poematis de tranquillitate animi versu 15: „Dann *slato* das heißt Goldt uff Windisch." *Zlato* eadem vox est, quae gothice sonat *gulth*, dialecto Teutonum superiorum antique *kold*, *kolt*.

[3]) Vulgo *Saxonicae* genti adscribunt; et vero Rheni inferioris accolas fuisse, indeque in Transsylvaniam permigrasse constat.

[4]) Mero patrio sermone nuncupatur etiam Golden-Markt. Cf. *Bischof* et *Müller* Lexic. geograph. pg. 186.

[5]) Inscriptio ista, quam in marmore quodam incisam viri docti interpretati sunt „PRAEF(ectus) AVR(ariae) *SLOTHNAE*." haud dubie spuria est, ut jam *Opitius* notemovit. l. l.

[6]) *Büsching* in Geographia (1788) II, 582 et *Bischof* Lexic. geogr. 136. — Sebast. *Munsterus* in Cosmographia (1551. p. 919) Aurariam Schlotten vocat. Similiter Schlatten vicus nuncupatur situs in comitatu hungarico prope *Tharoca*, ibique vitrioli fossilis fodinae officinaeque.

[7]) Norimbergae, 1793. 8; neque atque *Engelum* De expeditionibus Trajani ad Danubium (Vindobonae 1794. 8.)

[8]) ibid. pg. 71 — 86, ubi tantummodo „inventae inscriptiones *Aurariarum Daciae* atque collegii *Aurariorum* memoraverunt."

§. 209. Auraria magna Romanorum montibus valde editis fita eft, quibus olim Dacorum gentem nomini Romano infeftiffimam accepimus inhaefiffe. Totus ille montium tractus et mira omnium rerum fertilitate excellit et „vifce„ribus fuis [ita jam verbis Reichersdorfii, qui princeps obfervavit [1]), Koeleferus [2]) „difertiffimus idemque loci peritiffimus celebrat] thefauros regiis opibus non „indignos alit; illic enim obryzum quod dicunt aurum patulis de montium ver„ticibus fruftulatim praeciditur, fubter quorum valles vitrei et perlucidi omnes „(fabulo non aurato folum, fed et cinnabarino graves) decurrunt ex illis alpium „jugis demergentes, plures denique ex eo loco Chryfolapides in opulentis ac „crebris Chryfoplyfiis i. e. aurilavacris inveniuntur."

§. 210. Exftitiffe anno 1525 in Dacia transfylvana quatuor adhuc oppidula metallica, aurariis clara Abrudbányàm, *Offenbányàm*, *Körösbányàm*, *Kisbányàm* literis publicis anni modo memorati patet, quas Koelefcrus laudat [3]). Nunc autem priftini illius ftatus vix leviffimum fimulacrum fupereft; nec nifi Abrudbányàe hodie auri fodina [4]), quamquam et ipfa parum ftrenue colitur; hoc etiam loco praecipue aurum infectum nummis permutatur. Montanorum enim illorum hominum, quicunque propriam fodinam adminiftrando non funt, operarios dimittunt, qui vel ex fluviis [5]) arenam auriferam vel ex montibus [6]) fruftula lapidum auro diftincta conquirant. Illi tum, quantum invenerint, facculis quos equis imponunt Abrudbányàm asportant, ibique illam quidem purgandam (unde hodie quoque non mediocris auri vis proficitur), haec malleo contundenda curant. Denique quidquid inde efficitur auri ad trutinam examinatur, nummisque fignatis permutatur. Has ad res peragendas Lunae quemque diem fibi fumunt, quo die montibus defcendunt atque Abrudbányàm undique concurrunt.

---

[1]) Chorographia Transfylvaniae (Viennae, 1550. 4.) fol. 16. — Fol. 14: „Abrudbányà, ubi magna auri vis affidue colligitur, quae ad cameram monetariam Cibinium defertur, ibidemque conflatur et ex eo aureae monetae funduntur continuo."

[2]) *Koeleferi* L. l. pg. 37.

[3]) *Koeleferi* L. l. pg. 46. 47.

[4]) Hic aurum obryzum granulatim adhuc in dies reperitur. Quaedam metalla ad 340 femuncias argenti continent (fi centenariis ponderas); marca vero argenti faepius plus ducentos denarios auri valet.

[5]) De fluviis Daciae auriferis cf. Franc. Xaver. *Neue* Beyträge zur Dacischen Geschichte (Cibinii, 1836. 8) pg. 104 — 110.

[6]) Fodinae minores fesquihoram ab Abrudbányà vico ipfo remotae funt *Kyma*, *Koj*, *Jyca*, *Orla* et *Leitt*. Cf. *Grifelin* I, 294; *Francke* pg. 176. 177.

§. 211. Quantum autem fodinae noſtrae Abrudbányenſis cultura, qua nunc adminiſtratur, diſtet ab illa qua olim gaudebat, ſatis hoc uno teſtimonio patebit. Etenim nunc quoque Offenbányàe in ore vulgi eſt magiſter quidam auri nummis compenſandi Mathiae ipſi Corvino aequalis, qui ſex aurearum laminarum paria ſibi facienda curaſſe traditur, quibus pro ſoleis uteretur, quoties ad ſacra communia obeunda prodiret.

§. 212. Dacia vero, quae nunc eſt, tota auri omnino vix aliquot ſupra quadraginta marcas (etenim in rebus, quae ad noſtram memoriam ſpectant, noſtra quoque ponderum ratione et nominibus uti licet) argenti pauciſſima quotannis praebet, quod quidem haud effoetae telluri, quamquam priſtina fertilitate plurimum remiſit, ſed tum labori parum ſtrenuo, tum magno numero hominum illi negotio praefectorum eorumque maximam partem perfidorum, quorum per manus aurum tanquam per totidem cribras permiſſum valde attenuaretur, imputandum eſſe jam anno 1717 Koeleſerus autumavit [1]).

§. 213. Quam alio modo Romanis dives Dacia! quales et quanti annui erant ex Auraria proventus! „Supponendo — ut iterum verbis utamur auctoris, quem regionis reique metallicae peritiſſimum ſupra laudavimus [2]) — viginti millia metallariorum auro fodiendo et lavando incubuiſſe et ſingulis ſeptimanis totidem piſeta [3]) exactoribus adminiſtraſſe, praeter alios omnes auri luſtralis et coacti cenſus, hebdomadatim binos centenarios cum octo libris [4]), „medio autem anno quinquaginta quatuor centenarios, octo plus minus libras „proveniſſe deprehendas. Fide minus dubia, ubi Plinii teſtimonio de *Dalmaticis* „fodinis in principatu Neronis *ſingulis diebus*, etiam *quinquagenas libras* auri fundentibus locum dederis [5])."

[1]) Conferas cum hiſce Koeleſeri rationibus calculum recentiorem, qui debetur defuncto André illi Coltano in Heſpero (curſu anno 1814, pg. 477) et *Journal* für Fabriken, Manufactur, Handlung und Mode. (Lipſiae, 1805.) T. XXVIII, pg. 1 — 29.

[2]) *Köleſerus* l. l. pg. 39.

[3]) *Piſetum*, quod dicunt, pondus quoddam auri, quadrageſimam octavam partem marcae ſive beſſis, et nonageſimam ſextam librae metallicae, qualis apud Hungaros vulgo recepta eſt, explens. Inde dictus Officialis *piſetorius* in jure hungarico. — Auri ex arena fluminum extracti piſetum duos florenos cum triginta crucigeris valet, auri vero cocti florenis duobus crucigerisque ſolvitur quadraginta quinque.

[4]) Cf. *Benkö* Hiſtor. Tranſſylv. I, 1. pg. 28; *Sulzer* Hiſt. Daciae Tranſſylv. I, 142.

[5]) Cf. *Florus* IV, 12: Dalmatas Vibio perdomandos Auguſtus mandavit, efferum genus *fodere terras*

§. 214. Exhibentur et Abrudbányae in monte, quem Butſum vocant, ſaxis quadratis, inſcriptionibus, operibus caelatis hodie quoque conſpicuis, tum veteris municipii, tum Romanae quondam dominationis egregia documenta, et paucis a *Zalatna* paſſibus locus abeſt veſtigiis Romanae antiquitatis praeter Ulpiam et Apulam tota Dacia nulli ſecundus. Hunc accuratiſſime Soterius ſuis oculis perſcrutatus, ipſum aedificiorum Romanorum ac platearum ordinem cum fornicibus hic illic conſpicuis, innumeris ſaxis quadratis, columnis, ſtatuis, quarum pars inſcriptionibus inſignis, marmoribus artificioſe caelatis partim penitus effoſſis, partim ſub vepribus plurimis, quibus totus locus obſitus eſt, abditis deſignat[1].

§. 215. Abrudbányae praecipue reliquiae veteris fodinae fornicatae ingenti capacitate nunc quoque monſtrantur, ſpecioſiſſimi operis Romani teſtis[2], quae ſola magnificentiae Romanae et ſtudio rebus metallicis in Dacia impenſo egregio poſſit eſſe documento[3].

§. 216. Non abhorrere videtur de Dacia per Romanos expugnata inque provinciae formam redacta, tandem de coloniis illuc deductis pauca inſerere.

Daci[4]) trans Iſtrum incolentes (in antiqua Agathyrſorum[5]) patria), ut jam contra Darium teſte Herodoto[6]) contraque Alexandrum magnum Curtio et Strabone teſtibus[7]) fortiſſime dimicaverant, eoque mortuo Lyſimachum cum toto exercitu captum dimiſerant incolumem addita admonitione, ut hunc caſum pro disciplina et praecepto haberet[8]), ita *populum Romanum* longa annorum ſerie

---

coegit aurumque venis repurgare; quod alioquin gens omnium cupidiſſima ſtudioſa diligentia anquirit. Ut illud in uſus ſuos ſervare videntur. — Hannibalis quaedam fodina quotidiana CCC pondera edidit argenti (Plin. Hiſt. N. XXXIII, 6).

[1]) Ex illius Mſcr. *Koeleſerus* 1717. Anno jam 1550 *Reycherſdorff* in Chorographia f. 14b enarravit, quae ſequuntur: „Ad plagam meridionalem hujus regionis adhuc apparent et cernuntur nobis amplissima fundamenta latiſſime porrecta et parietes aedificiorum collapſi conſpiciuntur. *Varhely* loco nomen eſt, quod ſignificat locus urbis. Hic ſingulis fere diebus Valachos invenias, qui rudera vertant ac lapides pretioſos atque numismata tam aurea quam argentea ex viſceribus terrae, variaque antiquitatis monumenta effodiant." — Cf. et *Engelium* l. l. pg. 239.

[2]) Alias fodinas a Romanis conditas, quae ſunt in meridionali Bannatus parte prope Saſkam, exhibet delineatas *Griſelinus* (II, 98).

[3]) *Koeleſerus* l. l. pg. 37. 94.

[4]) *Daci* Romanis, Graecis *Getae* dicti: *Plin.* IV, 12; *Dio Caſſ.* LXVII, 6; *Strabo* VII, 305.

[5]) Terroris Gigantum (*Agithairſjunt*)?

[6]) *Herodot.* IV, 93. 94. — [7]) *Strabo* VII, 3. — [8]) *Diodor. Sicul.* de virt. XXI; *Polyaenus* VII, 25.

ex faltibus quibus inhaerebant [1]) irrumpentes, continuis excurfionibus proeliisque vexabant, magnumque orbis terrarum capiti injecerant fui terrorem [2]), regibus *Cotyfone* [3]) fub Augufto, *Boerebifta* [4]) fub Caefare, *Dorpaneo* [5]), inprimis Decebalo [6]) belli peritiffimo atque nomini Romano infeftiffimo. Hic enim rem Romanam adeo urgebat, ut Domitianus, qua erat ignavia atque imbelli animo [7]), confumptis praeterea ac paene deletis legionibus [8]), a Decebalo ingenti annuo tributo pacem in duodecim annos tuendam impetravit [9]), anno p. Chr. n. 90, five jam 89.

§. 217. Occifo autem anno Chr. 98. Domitiano Ulpius Trajanus, ut conftat, haud Romanus fed Hifpania oriundus [10]), anno 102. pro tributo bellum intulit. Intravit Daciam cum maximo exercitu, decem millibus hominum robuftiffimorum atque auxiliorum valida manu, ut fexaginta millibus armatorum inftructus effet [11]).

§. 218. Dimicabat *Decebalus* pro aris et focis fortiffime, donec quinto demum anno [12]) maxima utrinque edita ftrage Imperator regem poftque mortem ejus fponte quaefitam Daciam vicit [13]). Mox Tarnem (poftea loco Albae Juliae,

---

[1]) *Flor.* IV, 12: „Dacorum gens montibus fuis inhaerebat et quoties concretus in gelum Danubius junxerat ripas, in Pannoniam et Moefiam currere folebant et vicina populari."

[2]) *Horat.* Od. III, 6: „Pene occupatam feditionibus *delevit Urbem Dacus.*"

[3]) Augufti principatu, qui Cornelium Lentulum contra eos mifit: *Horat.* ad Maecen. Od. 8.

[4]) *Strabo* VII. Cf. Heinr. *Francke* Zur Gefchichte Trajans und feiner Zeitgenoffen. (Güftrow, 1837) pg. 73 — 74.

[5]) *Dorpaneus* (Jornand. Goth. 13); *Diarpaneus* (Orof. VII, 10); *Diuppaneus* (Vignoli Infcript. poft diff. de Col. Anton. pg. 212).

[6]) *Sueton.* Dom. VIII, 6; *Tacit.* Hift. III, 46; *Eutrop.* VIII; *Martial.* Epigr. VI, 76; *Juvenal.* Satyr. IV, 112; *Dio Caff.* in Trajano et Domit. 6. 7; *Xiphilinus*, *Orofius.*

[7]) *Dio Caff.* Domit. pg. 1106, 75. — [8]) *Sueton.* Dom. 6; *Dio Caff.* Domit. ep. 7.

[9]) *Dio Caff.* Domit. ep. 7; *Conr. Mannert* Res Trajani imp. ad Danub. geft. pg. 13; *Francke* Zur Gefchichte Trajans pg. 83.

[10]) Ex urbe *Italica*, provinciae Turdetaniae f. *Turdetinae* [fic legatur apud Sext. Aurel. Victor. epitom. ep. XIII pro „urbe Tudertina (Umbriae in Italia]. Idem ipfe Sext. Aurel. de Caefarr. ep. XIII. „namque Ulpium Trajanum, Italica, urbe Hifpaniae ortum" fcripfit.

[11]) *Dio. Caff.* LV, 24. Cf. et *Engel* pg. 164 — 192.

[12]) *Julian.* in Caefar. de Trajano; cf. *Fabretti* Syntagm. p. 282 et *Engel* pg. 189 — 192.

[13]) Poft eam victoriam (Dacicam) Trajanus, qui prius jam Germanicus, tunc et Dacicus appellatus eft; poftea etiam Parthicus. Cf. *Vaillant* De nummis imperat. ex aere praeftant. 1, 40; *Goetz* pg. 42; *Occo* (Aug. Vindel. 1601) pg. 202. 203; *Gruteri* Infcriptt. 246, 8. 247, 10. 162, 2; *Francke* pg. 119.

nunc Carolinae nomen), quae erat regia Decebali fedes eademque Daciae caput, expugnavit.

§. 219. Finiti vix majore parte belli illius atrociffimi [1]) univerfam Trajanus Daciam juris et ditionis Romanae factam in provinciae formam ftrenue redigendam atque aptiffima quaeque inftituendo egregie augendam curavit. Pontibus flumina jungere [2]), loca idonea caftellis munire atque praefidio legiones imponere [3]), excidere fylvas, exficcare paludes, exercere folum, fternere vias [4]) in ufum exercituum et commercii, condere municipia atque exornare [5]), deducere colonias [6]), inftituere leges, fancire civitatibus jura, aedificare templa atque inftruere facerdotibus auguribusque. Adeoque mox res Romana valuit [7]), cum, quidquid publice ageretur, Romana tantum lingua uti liceret, ut barbari depofito patrio fermone brevi tempore latino imbuerentur; unde factum ut hodie quoque apud Walachos inveniatur [8]), qui fuam ipfi terram *Romeniam* nuncupent. Walachiam enim cum Moldavia usque ad Hieraffum (hodie Prutho nomen) flumen apud veteres Daciae nomine comprehendi conftat.

§. 220. Apertis igitur largiffimis in Dacia, quam S. Bernardus ipfam *terram auri* appellavit [9]), divitiarum fontibus, hercule fuit quod Trajanus, poftquam victo Decebalo domitaque Dacia *Jovi Statori* vota folvit [10]), mox Jovi quo-

---

[1]) Cf. *Francke* Zur Gefchichte Trajans pg. 91 — 141.

[2]) Pontes, quos in Dacia Trajanus ftruxit et navibus junctos et ligneus et lapideus fufius enarrat *Mannertus* in libello jam laudato de Trajani ad Danubium geftis. pg. 13. 28. 31. 45. 46. 52. 59; nec non *Engel* De Expeditionibus Trajani ad Danubium pg. 179. 205 — 223; *Francke* Zur Gefchichte Trajans pg. 102 — 109. 127 — 134.

[3]) Legionem Macedonicam V. et Geminam (i. e. ex duabus conflatam) Piam Fidelem XIII; fed et in infcriptionibus mentio fit Legionis I Adjutricis, III. Vindicis, VII. Claudiae, XXX. Valentis Victricis. Cf. *Zamos.* pg. 33. 85, *Engel* pg. 257, *Francke* Trajan. pg. 92 — 100; *Gruter.*; *Reines.*; *Spon.* cet.

[4]) *Via Clodia* etc. (Seivert n. 125; Zamos. V, 33; Fellmer Hiftor. Tranf. pg. 50; Engel pg. 236; Francke p. 145 — 150). De aliis in aliis terris a Trajano viis ftratis vide *Francke* Zur Gefchichte Trajans. pg. 60. — [5]) *Dio Caff.* Traj. ep. 14: *πόλεις ἐν αὐτῇ ... κατῴκισεν.*

[6]) *Aurel. Victor* XIII, 4: „deductae coloniarum pleraeque."

[7]) Cf. *Heyne* De Romanorum prudentia in Coloniis regund. (Opp. III, 79). *Vellejus Paterculus* II, 110: „In omnibus Pannoniis non difciplinae tantummodo, fed linguae quoque notitiam Romanae plerisque etiam literarum ufum et familiarem animorum fuiffe exercitationem."

[8]) *Engel* l. l. pg. 280 de origine Walachorum; *Thunmann* Unterfuchungen pg. 348; *Sulzer* Gefchichte von Dacien II, 254; *Grifelin* I, 245.

[9]) *S. Bernhardus* De Confiderat. ad Eugenium Papam.

[10]) Jovi Statori. | Herculi. Victori. | M. Ulp. | Nerva Trajanus. | Caefar. | Victo. Decebalo. | Domita.

que *Inventori* pro *detectis Daciae thesauris* gratias ageret [1]). Atque horum spoliorum, quae vere opima, quamvis alio sensu, praedices simul et Dacicae virtutis [2]) praeclara testimonia Forum Trajani et ejus Columna Romae collocata, quam auro Dacico exstructam esse Gellius refert [3]). Ceterum etiam proximis temporibus uberrimus ille fons continuo tenore Romam abundabat, ut fere *singulis* diebus auri non mediocre pondus illuc mitteretur.

§. 221. Imperator postea Hadrianus, sicut Trajanus duo simul millia Christianorum una literarum significatione in solitudinem cujusdam in Chersoneso sitae urbis relegaverat ad marmora eruenda et secanda [4]), ita homines innumeros [5]) ad metalla condemnatos in Daciae Aurarias misit [6]). Ceterum Dacia, cui mox propter opulentiam et auri copiam cognomen prosperae felici [7]) est inditum,

---

Dacia. | Votum. Solvit. || Aspice. Romale. Pallia. | Exudate. | Quirites. | Vestra. Est. Gloria! || — Quae inscriptio ad Varhely (Ulpiam Trajanam) Daciae oppidulum sive Orsovae ad Danubium reperta, *Mannerto* (l. l. pg. 65) spuria visa est; ne lege quae *Maffei* (Art. critic. lapidar. p. 270) contra hujus inscr. fidem dixit. Cf. et *Grut.* 23, 3. 103, 6. 190, 1; *Seivert* 4, 2; *Lazius* 162; *Hohenhausen* (Die Alterthümer Daciens) pg. 44; *Reychersdorf* pg. 2. — Ceterum et Q. Aburnius Caecidianus Legatus Augustalis *Jovi Statori* lapidem dedicavit in Transsylvania repertum (Seivert 48).

[1]) Jovi *Inventori*. Diti. | Patri. Terrae. Matri. | Detectis. Daciae Thesauris. | Caesar. Nerva. Trajanus. | Aug. Sac. P. || Vide *Grut.* 28, 8; *Seivert* 5, 4; *Koelef.* 23; *Reychersdorf* 2b; *Fellmer* 44, 50; *Tröster.* cet. — Inscriptio haec secundum Seivertum pg. 6 et Kaeleferum pg. 23 non ad detectos, quos Decebalus subter vada Saragetici amnis abdiderat, Thesauros referenda (de quibus Dio Cass. in vita Trajani 68, 14), sed ad *Aurarias Dacicas*. Improbat tamen *Fellmer* 44, 50. Thesauros oculus fugientes index *Bicilis* Trajano universos inde retrahenti prodiderat. — Cf. *Engel* pg. 136 — 138; *Francke* pg. 133.

[2]) Et virorum et feminarum, ut Columnae Trajanae imagines (n. 292. 293) depingunt. Hae in Romanos adeo saeviebant, ut captivos denudatos vivos facibus comburerent. Illorum proceres desperata victoria ultimo belli secundi proelio ipsi regiae urbis aedificia incenderant et unanimes veneno exhausto ad necem festinarant. Decebalus quoque rex veneno, quod ipse sumpsit, interiit caputque ejus abscissum Romae in triumpho spectaculo fuit. — Cf. Alfonsi *Ciaconii* Histor. utriusque belli Dacici ex simulacris, quae in columna Trajani Romae visuntur collecta (Romae 1576. 1616. 1690); *Francke* pg. 137 — 138. Addas Raph. *Fabretti* Syntagma de Columna Trajani (Romae, 1683. 1690); *Havercampi* Morellii Descriptio Columnae Trajanae, Amst. 1752; *P. S. Bartoli* Colonna Trajana, *Bellorii* Colonna Trajana; *Francke* Trajan. pg. 181 — 233; *Schrenckh* a Noring Figurarum Col. Traj. delineatio 1577; *Zamosii* Analect. 21; *Tröster* I, 14, pg. 64; *Mediobarbi* Nummi Trajani; *Engel* pg. 148 — 157. 171.

[3]) *Gell.* N. A.

[4]) *Flor.* IV, 12. — Aegyptiorum hoc primum inventum fuisse innuit Diodorus.

[5]) *Plin.* H. N. 33, 4. enarrat Censoriam legem Ictimulorum aurie *fodinas* fuisse, quâ in agro Vercellensi cavebatur, ne *plus quinque millia* hominum in opere (seu una conductione) Publicani haberent. — Frequens damnatorum in metalla mentio et in jure et passim apud historicos reperitur.

[6]) Cf. Auctorem Panegyrici in Theodosium.

[7]) Inscriptio Trajani :.... „cujus virtute Dacia imperio addita *felix* est."

aliquamdiu illum quem delcripſimus rerum ſtatum atque illam finium amplitudinem retinebat incolumem; donec imperator L. Domitius Aurelianus, quem anno 272. defunctum eſſe conſtat, cum barbarae quaedam gentes Daciam invaderent, deſperata impetus earum defendendi facultate provinciam prodidit exque prodita legiones una cum provincialium manu abduxit inter utramque Moeſiam nova ſede collocandas. Novae ibi provinciae ſpecies quaedam inſtituta atque in memoriam amiſſae *Dacia Ripenſis* ſive Aureliana vocata [1]).

§. 222. Prodita provincia diu fortiori cuique et potentiori cedere. Uſurpare enim primum Scythae, poſt eos Gotthi; ſuccedere his per vicem Avari, his Hunni; hos Hungari ultimi excipere, dum totum imperium Romanum, urgentibus fatis diu labefactum, penitus concidit. Mox enim amiſſae ſunt provinciae trans Tigrim ſitae, tum Perſicae, Galliae, Britannia, reliquus Oriens, tum Italia ipſa atque Urbs denique orbis terrarum caput a Gotthis aliisque quas vocant barbaras gentibus capta, diruta, everſa.

§. 223. Infinitam Eutropius refert ex toto orbe romano Trajanum in Daciam diuturno bello exhauſtam hominum multitudinem tranſpoſuiſſe ad agros et urbes colendas [2]). Horum colonorum pars novas plane urbes condebant, pars oppidulis, quas antiquitus conditas inveniebant, conſidebant iisque augendis et amplificandis vacabant.

§. 224. Utrumque genus notiſſimae hae. Prima eaque principalis Sarmizegethuſa [3]), cui poſtea per Trajanum nomen Auguſtae Ulpiae Traja-

[1]) Flav. *Vopiſcus* in Aurelian. 39; *Eutrop.* IX, 15. Et cf. ſupra pg. 93, adnot. 1. laudatos Sextum Rufum et Jornandem. — [2]) *Eutropius* VI, 6.

[3]) Ptolemaeus ſcribit *Ζαρμισεγεθοῦσα* (VIII, 9. 5); *Ζερμιζεγεθοῦσα* (Dio Caſſ. Traj. pg. 9), forma minus integra *Ζαρμιγ-εθοῦσα* (Ptolem. III, 8). Inſcriptiones praebent *Zarmizegethuſa* (Seiv. n. 16, eodem modo Ulpian. de Cenſ. leg. I, 9); *Sarmizegethuſa* (Grut. 437, 1); *Sarmizaegetuſa* (Grut. 257, 1, Hohenh. 16); *Sarmizegetuſa* (Hohenh. 63), abbreviate. *Sarmizegetus.* (Seiv. 70, Grifol. I, 282; Orelli n. 831, Murat. 1121, 7. 1122, 1. 2, Grut. 437, 1), *Sarmizege* (Seivert 78); *Sarmategete* (Tab. Peuting.); *Sarmizeg.* (Seiv. 12. 26. 30. 33. 50. 125. 114; Grut. 248, 7. 249, 4. 254, 1. 399, 8. 400, 1; Hohenh. 58, Griſelin. I, 282), *Sarmiz* (Grut. 8, 3. 8, 1. 19, 5. 49, 4. 83, 1. 177, 3. 248, 7. 254, 1. 260, 12. 13. 266, 2. 358, 5. 400, 1. 414, 6. 477, 3; Seiv. 5. 6. 7. 18. 23. 51. 79. 97. 98. 99. 100. 135. 140. 141. 144. 145. 146. 161; Hohenh. 47; Orelli n. 508. 3441. 4552), *Sarmitz* (Orelli n. 3438); *Zarmiz* (Zamos. 10. 18. 27. 54. 58); *Zarmis* (Reycheradorff 15b); *Sarm.* (Seiv. 100. 135. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 161; Hohenh. 47; Murat. 65, 5. 1121, 2); *Sar.* (Seiv. 41. 161; Hohenh. 51; Orelli n. 3234. 3612. 4552); Col. *S.* (Seiv. 50); Flam. Col. *Sarmiz.* Dec. col. *Sar.* et Apul. (Spon. 294: arca marmorea Cibinii reperta). Sed omnes hoc loco lapides transſcribere longum eſt. Cf. *Francke* Zur Geſchichte Trajans. pg. 181. — Byzantium quoque *Aegethuſa* appellabatur ſecundum Volaterranum. Cf. Al. *Falk* De origine Byzantii (Vratislav. 1829. 8).

nae[1]) inditum, in planitie ſita eſt atque undique continuis montium jugis cingitur. Decebali olim fuit regia, qua de re Ptolemaeo, qui XLIII. Dacorum civitates inſigniores enumerat, adhuc *τὸ βασιλεῖον* nuncupatur[2]), poſtea Romanis metropolis[3]), nunc ſolummodo viculus ignobilis *Varhely* ſ. *Varhel*[4]) nomine, quod ſignificat arcem[5]). Prope abeſt, quae olim cum illa conjuncta erat, Gradisca[6]), uterque locus haud paucis caſtrorum, murorum, amphitheatri, aquarum ductuum, templorum, inſcriptionum reliquiis inſignis[7]). Inſtauraverat enim jam Trajanus ſplendidis aedificiis, magnificis turribus, ampliſſimis fanis, theatris, coloſſis, hortis, aquarum ductibus, moeniis, viis quae erant lapidibus ſtratae, balneis in ſaxis excifis, aliis Romanae magnificentiae monumentis[8]).

§. 224. Sequitur Trajani colonia Aquae vivae (in tabula Peutingeriana *Aquis*, Ptolemaeo *ὕδατα*), quam viri docti Transſylvani ipſi eo quondam loco ſitam fuiſſe volunt[9]), quo nunc eſt vicus *Arany-kut* (auri puteum significat), qui prope abeſt a Claudiopoli atque iis, qui ab oppido Torda proficiſcuntur, ad ſeptentrionem vergit. Improbat eorum opinionem Mannertus noſter[10]), utpote tum a Ptolemaei, tum a tabulae Peutingerianae auctoritate deſtitutam et praeterea invito viarum, quae nunc quoque ſuperſunt, tractu conflatam.

§. 226. Tertia Colonia ad Salinas (tabula Peutingeriana *Salinis*), nunc *Torda* ſive Torenburg, tribus fere mill. geograph. ab urbe Clauſenburg diſtans,

---

1) *Colonia Ulpia Trajana Auguſta Dacica Sarmizegethuſa* (Seiv. 70. 78; Zamos. 10; Hohenhauſ. 63; Orelli n. 831. 876. 909); *Colonia Ulp. Traj. Dacic. S.* (Seiv. 12. 26. 30. 33. 50. 79. 125; Grut. 248, 7. 249, 4. 254, 1. 266, 2. 399, 6. 400 = Orelli n. 3441; Grifei. 1, 282; Zamos V, 33; Hohenh. 59); *Col. Ulpia Traj. Sar* (Seiv. 41. 75; Zamos. 10. 18. 27; Orelli n. 3234. 3443); *Col. Sar.* (Seiv. 161); *Col. S.* (Seiv. 50); *Col. Ulpia Trajana* (Seiv. 1. 10. 44; Grut. 254, 5; Hohenh. 54); *Ulp.* folum (Spon. 204); *Colonia Dacica S.* (Seiv. 5. 6. 13. 23. 51. 52. 97; Grut. 414, 5; Köleſer. 13); *Col. Dac. Sarmiz* (Grut. 46, 1; Orelli n. 791. 812). Cf. *Ulpia Dacorum* (Gruter. 1026, 2; *Notitia dignitat.* ed. Becking pg. 393).

2) Nec non „Ulpia *respublica*" anno p. Chr. 202 (Orelli Inſeript. n. 909).

3) *Gruter.* 83, 1 272, 2. 418, 2. 425, 8. 472, 5. 476, 6. 482, 1; *Seivert* n 32. 98. 99. 100. 140. 141. 144. 145. 146; *Murat.* Theſ. 1121, 3. 4. 5. 6; *Orelli* n. 3433. Solum *Sarm.* m. (Seiv. 142. 143).

4) Item *Vécel* („Decebali nomine corrupto" Seivert pg. 128).

5) Locum arcis, locum ubi olim arx fuerat. — 6) *Seivert* pg. 7.

7) De aquae ductu et amphitheatro *Zamoſius* (in Analect. pg. 40. 74b); de caſtris *Marſilius* (II, 24. 26) et *Hohenhauſen* (Alterthümer Daciens pg. 22. 25. 34, exque eo *Francke* pg. 1—61. 162), de inſcriptionibus *Zamoſius*, *Gruterus*, *Seivertus*.

8) *Seivert* pg. 128; *Engel* pg. 226. 232.

9) *Köleſerus* Aurar. R. D.; *Tröſterus* Antiqua et nova Dacia pg. 150; *Fridvalsky* Mineralog. pg. 10.

10) *Mannertus* de Trajani ad Danubium geſtis. pg. 84. Cf. *Engel* pg. 241; *Büſching* Geogr. II, 611; *Francke* pg. 175.

ubi praeter viae antiquae [1]) atque aedificiorum reliquias Romana quondam ſalis fodina conſpicitur [2]), quam nunc aqua eſſe demerſam valde dolendum eſt. Ceterum hodie quoque arca eum locum maxima ſalis copia ex altiſſimis puteis eruitur [3]).

§. 227. Quarta Apulenſis [4]) Colonia eo loco condita, quo olim fuerat *Turne* urbs a Trajano expugnata, quinque milliaribus diſtans a Cibinio [5]), ut proficiſcentibus ab hac urbe orientem verſus ſita ſit. Apulo [6]) praeterea et Apulae [7]) Auguſtae nomina erant atque municipii [8]) jure et cognomine gaudebant. Imperatore Trajano Decio, quem anno 250. p. Chr. rerum potitum eſſe conſtat, dubitatur an ab ipſo, qui a Gothis victus eſt, Apula reſtaurata novisque civibus aucta Apula nova [9]) appellata eſt; poſterioribus vero ſeculis et *Alba Julia* [10])

[1]) Per totam Transſylvaniam via progreditur antiqua, quam incolae hodie quoque *Trajani* dicunt (Zamos. Analect. 18, Engel 217, Benkön Transſylv. 1, 31), ſicut campus ille quo proelium Decebale commiſſum eſt, *pratum Trajani* (Prat de Trojan) adhuc audit (Fallmer, Benköe, *Opitius* in adnotl. ad Rhythm. de S. Annone. Dantiſci 1639. pg. 41).

[2]) *Büſching* Geograph. II, 591; *Francke* pg. 175 — 176.

[3]) *Mannert* l. l. pg. 85. 78; *Engel* pg. 237. Cf. *Fichtelii* Geſchichte des ſiebenbürgiſchen Steinſalzes 1780. 4°.

[4]) *Seivert* pg. 138; *Zamos.* etc.

[5]) i. e. *Hermanſtadt*, a fluvio *Zibian* appellata.

[6]) *Gruter.* 115; *Marſil.* 57; *Seivert* 203 (Civis *Apuli*), 166 (fne. *Apul*); *Orelli* n. 1126.

[7]) Tab. Peuting. ſect. VII, B; Mannert l. l. pg. 78. Legitur et *Colonia Apulenſis* (Gruter. 346, 5. Orelli n. 3815; *Col. Apul.* (Seiv. 68. 105. 109. 116. 132. 148. 151. 152. 153. 162. 168. 180; Zamos; pg. 25; Orelli n. 2800. 4552); *Col Ap.* (Seiv. 106. 107. 117; Orelli n. 1225. 2695).

[8]) *Mun.* Col. *Apuli* (Grut. 115, 6 = Orelli n. 3826; Marſil. 2, 57; Zamos. 56b, Seiv. 128); *Mun. Apul.* (Grut. 67, 1; Seiv. 104; Orelli n. 3816. 3686; *municipio Apuli*: Orelli n. 3563); *Mun. A.* (Seiv. 121; Murat. 155, 2 788, 7); *M. Apul.* (Orelli n. 2171); quoque Mon. Sep[timium] Apoli (Seiv. 120); porro *M. S. Ap.* (Seiv. 154; Murat. 1101, 2); item Colonia VI (Seiv. 182) occurrit. Exſtat praeterea *Provincia* Apulae (Seiv. 185) et *Dacia Apulenſis* (Orelli n. 3888). Cf. *Marſil.* II, tab. 57.

[9]) *Col. Nova Apul.* (Orelli n. 991).

[10]) Sunt qui judicent ab *Julia* Domina Pia (Syra natione) iſtud nomen proficiſci, Dom. Septimi Severi conjuge matre M. Aurelii Antonii Caracallae; contra ſecundum rerum Hungaricarum ſcriptores a principe quodam Transſylvaniae *Gyula*, qui Stephano I Hungariae rege vixiſſe traditur (cf. *Engel* pg. 254; *d'Anville* Deſcription de la Dace, Tſ. XXVIII des Inſcriptions de l'Académie). Fortaſſe ad ſimilitudinem Alpium *Juliarum* illud nomen ortum eſt. Ceterum *coloniae* haud paucae ſunt *Juliae* nominatae, ut *Julia* Apta (Spon. 164; Murat. 1109, 5; Orelli n. 197. 200); *Julia* Paterna Arelat. (Spon. 165; Murat. 1109, 6 1110, 1. 2. 4); *Julia* Paterna Narbo. (Mur. 799, 3. 1061, 4. 1109, 4. 1111, 7; Orelli n. 4241. 2189. 202. 200); *Julia* Auguſta (Spon. 167; Mur. 1110, 75. 1116, 2), *Julia* Auguſta Benevent. Concordia (Orelli n. 128. 907); *Julia* Auguſta Apollinaris Rejorum (Orelli n. 4031), *Julia* Auguſta Berytra (Orelli n. 514); *Julia* Equeſtris (Spon. 167; Murat. 1111, 2; Or. n. 307. 306. 254 253); *Julia* Philippenſis (Spon. 173; Murat. 1101, 1; Orelli n. 512);

f. Albae Auguftae vel denique (Albae =) *Carolinae* (Karlsburg, Karoli-var) [1]) nomina illi indita funt. Mille tantum ab hoc loco paffibus antiquae urbis veftigia fupereffe jam Zamofius [2]) autumavit, Koeleferus affirmavit. In his reliquiis et alia multa et inprimis magna vis lapidum cum infcriptionibus invenitur, „Coloniae Apulenfis" nomen prae fe ferentium [3]).

§. 228. Quinta colonia eft Napoca [4]), imperatore Trajano deducta, five *Napuca* [5]), Mannerto oppidum quod nunc vocatur *Marbs Vafárhely* [6]), alias etiam Forum Siculorum (f. Zeclorum) auditur, in meridionali Marifii (Maròs) ripa, quo loco adhuc antiqui valli et caftelli reliquiae exftare notantur in chartis.

Laudatur porro colonia Percndanefi(or)um five Prendavefium (Predavenfium) [7]); laudatur Paralifenfium civitas [8]), Ptolemaeo *Pareliffum*, in tabula Peutingeriana *Paroliffum*, veteri in infcriptione *Paralifum*. Hoc loco Koeleferus nunc Zalatnam oppidum effe fitum arbitratur, Mannerto improbante, qui non cum Zalatna, fed cum Mizaca (Mikaza Franckio) vico affinitatis quandam rationem intercedere ftatuit [9]).

§. 229. Sequitur jam colonia a Severo deducta Pataviffa [10]) five *Patavi-*

Julia Parinnu; Obfequens *Julia* Pifana (Sp. 175); *Julia* Augufta Taurinorum (Or, n. 71); *Julia* Concordia Felix f. Felicitas Capua (Mur. 453, 4; Or u. 3292); *Julia* Felicitas Pifaurum (Mur. 1111, 3; Orelli n. 81); Col. Felicitas *Julia* Augufta Pia Barcino (Orelli n. 3127); *Julia* Equeftris Noviodun. (Or. n. 112); *Julia* Dertona (Or. n. 74); *Julia* Ernona (Or. n. 71); *Julia* Grata Accia (Or. n. 5057); Martia *Julia* Saiona (Or. n. 2490); *Julia* Caftronovo (Mur. 1105, 1. 2; Or. n. 1009); *Julia* Fidei. Tuder. (Mur. 1111, 4); *Julia* Meminorum (Mur. 1111, 5); *Julia* Victrix Tarraco (Mur. 1103, 8; Or. n. 3127); *Julia* Pia Arelate (Or. n. 4120); Victrix *Julia* Nova Karthago (Or. n. 702); Cirtia *Julia* (nunc Conftantine); ceterae.

1) Ab Imperatore *Carolo* VI. reftaurata; connexa vico Weißenburg f. Vejer-var (Kölefer. pg. 27; Mannert pg. 35; Büfching).

2) *Zamofii* Analect. pg. 55b; *Engel* pg. 233; *Francke* pg. 171—172.

3) *Gruter. Zamof. Marfil. Seivert.* Vide fupra adnott. 3. 4. 5.

4) Tabul. Peuting. et Ulpianus; *Col. Nap.* (Seivert n. 158: infcriptio Claudiopoli muro inferta). Cf. *Sponii* Mifcell. antiq. pg. 168.

5) Ptolemaeo.

6) *Mannert* De Trajan. pg. 79. 81; *Engel* pg. 243; *Benköe* 1, 31; *Zamos.* pg. 81; *Francke* pg. 172. 173; *Sponio* Claufenburg (Colosvar).

7) *Benköe. Fridvalsky. Fafching. Sulzer* (I, 249. 256); *Engel* pg. 245.

8) *Seivert* pg. 71. n. 110 (ex Lazio); *Spon.* pg. 193; *Fabretti* Col. Trajan. pg. 243; *Francke* pg. 173.

9) *Mannert* l. l. pg. 82; *Francke* pg. 174.

10) Tab. Peuting.; Ptolemaeo minus correcte *Patruiffa*, cujus nominis fonum invenit Köleferus (ex Soterii mfc.) pg. 22. in pago adjacenti Valachico *Petrifan* (!) haud obfcuro. Cf. *Engel* pg. 239; *Zamofio* vero (Analect. pg. 68) Zermizirga effe videtur. — Idem (pg. 74, 8) et *Seivert* (n. 124) e lapidibus praebent *Petouium* una cum civitate *Volnerii*.

censium [1]), qui nunc est vicus ad fluvium Marisium prope oppidum Radnot [2]).

Laudatur denique Tibiscum municipium proxime ad confluentem Ternis et Bistrae fluviorum situm [3]); nec non Sergidava [4]), Ptolomaeo *Singidaua* [5]), quo loco Mannertus nunc *Deram (Deci-davam)* [6]) esse contendit, oppidum in comitatu Hungadico ad Marisium amnem situm.

§. 230. Sed longum est ex alto repetere, quae de hisce ceterisque omnibus Daciae coloniis, municipiis, aquis, salinis post Seivertum [7]), Fellmerum [8]), Benköum [9]), Sulzerum [10]), Reychersdorfium [11]), Fridvalskium [12]), Lazium [13]), Faschingium [14]), Reinesium [15]), Köleserum [16]), Zamoscium [17]), Marsiglium [18]), Be-

---

[1]) Ulpianus de Censibus.

[2]) *Mannert* l. l. pg. 83; *Engel* pg. 245; *Francke* pg. 174.

[3]) *Francke* pg. 174.

[4]) In lapide reperto in pago Ostrov apud *Zamos.* pg. 13; *Köleser.* pg. 53; *Seivert* n. 73 („populo plebique *Sergidavensi*") in inscriptione prope Sarmizegethusam eruta.

[5]) Sive Singiduaum Tabulae Peutingerianae. Cf. *Francke* Trajan. pg. 147.

[6]) *Zamos.* pg. 32; *Büsching* II, 582. Horum nominum posterior pars saepissime obvia in aliis Tabulae Peutingerianae et Itinerarii Antoniniani Dacicis et Thracicis viculis, ut Polon-*daua*, Argi-*daua*, Arci-*daua*, Aci-*daua* (bis lecta), Burri-*daua*, Rusi-*daua*, Zusi-*daua*, Carsi-*daua*, Rhami-*daua*, Concl-*daua*, Sane-*daua*, Petro-*daua*, Patro-*daua*, Uki-*daua*, Uti-*daua*, Saci-*daua* sive Suci-*daua*, Capi-*daua*, Marci-*daua*, fortasse et Ptolemaei Singi*dava*, Zisi*dava*, Chrysi-*dava*, Daricava et Sarmaticum Arcobadava. Quorum viculorum nomen quid impedit, quominus *Davi* notissimi illius in comoedia Romana personae patriam fingamus? Cf. *Strabonis* (VII, pg. 304) verba: *Δάκους ὅμως Δάους καλεῖσθαι τὸ παλαιόν· ἀφ' οὗ καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἐπεπόλασε τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα Γέτας καὶ Δάος· τοῦτο γὰρ πιθανώτερον ἢ ἀπὸ τῶν Σκυθῶν, οὓς καλοῦσι Δάας.* — Cf. Hesychii *Δέβα* (al. *Λέβα*) urbem significans. Sed cf. quoque quae de hisce Engelius disputat pg. 110—112.

[7]) *Seiverti* Monum. veter. Rom. in Dacia. Viennae, 1773 et Ungarisch Magazin I, 1; Siebenbürgische Quartalschrift 1791, I, 68.

[8]) A. *Fellmeri* Primae lineae hist. Transsylv. Norimb. 1780.

[9]) *Benköe* Transsylvania. Vindob. 1778. 8.

[10]) *Sulzer* Geschichte des Transalpinischen Daciens. Vindob. 1781. III Vol.

[11]) Georg. a *Reychersdorf* Chorographia Transsylv. quae Dacia olim appellata. Vienn. Austr. 1550. 4.

[12]) *Fridvalsky* Mineralogia.

[13]) *Lazii* Comment. de republ. Rom. Francof. 1598.

[14]) *Fasching* Dacia antiqua. Claudiopoli, 1725; Dacia nova. Claudiop. 1744.

[15]) *Reinesii* Syntagma Inscriptt. Lips. 1682.

[16]) *Köleseri* de Keresteer Auraria Romano-Dacica. Cibinii, 1717.

[17]) *Zamosii* Analecta lapid. vetust. Patavii, 1593.

[18]) *Marsiglii* Regius Pannonico-Mysius Danubius. Hag. et Amstelod. 1726. —

lium, Hohenhaufium [1]), Weszpremium [2]), Engelium [3]), alios [4]) *Mannertus* olim nofter de veterum locorum fitu et ratione exploranda optime meritus copiofius diligentiusque expofuit [5]), quamquam parcius de Aurariis eum illic egiffe miror; itaque illis miffis ad has revertamur, unde digreffi fumus.

§. 231. Aurariae, quanto ftudio quantaque induftria a Romanis fint cultae, haud pauca marmora in agris proxime Abrudbányàm adjacentibus reperta teftimonio funt. In vico quodam prope Varhelam effoffa eft ftatua, Clodio Sexto praefecto praefidii in Dacia ad cuftodiendas metalli fodinas collocati erecta, quae hoc modo infcripta eft:

EX VOT. XXX.
MAGNO. ET. INVICTO. IMP. CAES.
T. AELIO. HADRIANO. ANTONINO.
PIO. AUG. PONT. MAX. TRIB. POT.
XVI. COS. III. P. P. PRO. SALUTE. ET.
FELICI. PONT. MAX. ET. ANNIAE.
FAUSTINAE. [6]) AUG. CONIUGI. C. CLOD.
VI. PRAEF. M. DACORUM. JASSIORUM [7]).
HANC. STATUAM. IN AURARIA.
NUMINIBUS. MAIEST. Q. EORUM.
(POSUIT).

---

[1]) *Hohenhaufen* Die Alterthümer Daciens in dem heutigen Siebenbürgen. Vindob. 1775.

[2]) *Wefzprémi* Succincta medicorum Hungariae et Transfylvaniae Biographia. Vindob. 1781.

[3]) *Engel* Comment. de expeditionib. Trajani ad Danub. Vindob. 1794; praecip. pg. 164 — 258.

[4]) *Tröfter* Alt und neu teutfches Dacien. Norimb. 1766; *Bartalis* Ortus et occafus imperii romani in Dacia mediterranea. Pofonii, 1787; *Töppeltini* Origines et occafus Transfylvanorum. Lugdun. 1667; S. *Schwartzfleifch* Diff. de Dacia confulari (a Joh. Franc. Coronenf.) Vitebergae, 1690; D. *Moller* Diff. hift. geogr. de Transfylvania (a Joh. Graffio Cibinienfi). Altorf, 1700; *Grifelini* Gefchichte des Temesvarer Bannats. Viodob. 1780. 4.; *Opitii* Comment. rer. Dacicar. (qui in mfcr. adhuc fuperfunt). Cf. Mart. *Schmeitzel* Catalog. Autorum ad Hungaricas et Transfylvanicas res pertinentium. Halae, 1724; M. *Leberecht* Gefchichte der aboriginifchen dacifchen Völker. (Hermanftadt, 1791); *Neugeboren* Handbuch der Gefchichte von Siebenbürgen (Hermanft. Thierry 1836); *Hene* Beyträge zur dacifchen Gefchichte (Hermanft. 1836).

[5]) *Mannerti* Geographia antiqua, et peculiaris ejus de Trajani ad Danubiam rebus geftis libellus. Norimb. 1793 (p. 72 — 86). Cf. *Cellarii* Notitia orbis antiqui ed. Schwartz. Lips. 1773. 2 Tom. 4; *Cluverus*; *Hoffmann* Alterthumswiffenfch. Lips. 1835. pg. 239; *Francke* Zur Geschichte Trajans. (Güftrow, 1837) pg. 145 — 178.

[6]) Ex ruderibus ad Varhelam lepidis (Grut. 260, 12. 13): „*Fauftinae* Aug. Div. Pii" (M. Aurelii Antonii) Filiae dicati.— [7]) *Sulzer* I, 250 — 258; *Engel* pg. 244. Cf. Hifpania illuftrata I, 1157.

§. 232. Altera columna Zalatnae eruta (referenda ad annum p. Chr. n. 201) hanc infcriptionem exhibet :

PRO SALUTE
DOM. NN.
L. SEPT. SEVER.
ET M. AUR. ANTO
NINI ET P. SEPT. GETAE. [1])
CAESS. AUGG.
CULT(ores) IOVIS
DEDIC.
VIII. K. AUG.
MUCIANO [2])
ET FABIANO
COSS.
COLL. AURAR. [3])

§. 233. Habes igitur in fine hujus infcriptionis Collegium Aurariarum, quod vocabulum in noftro quoque libello Abrudbányenfi exftare videtur. Ejusdem Collegii mentio porro fit in marmore quodam, et ipfo Zalatnae reperto, quod Lepidi cujusdam Calpurnii (quam conftat effe gentem Romanum) votum exhibet atque his verbis infcriptum eft:

I. O. M.
PRO SALUTE IMPERA
TORIS COLLEG. AURA —
RIARUM [4])
L.
CALPURNIUS
D. D. [5])

[1]) Septimii Getae Legati Auguftalis Propraetoris (in lapide Tordano ap. *Seivert* n. 29) nomen erafum eft.

[2]) M. Nonius Arrius Mucianus.

[3]) *Seivert* n. 28; *Murator.* 518, 4; *Orelli* n. 988; *Kölefer.* pg. 15. 16.

[4]) *Köleferus* pg. 15. ex Lazio Aurariarum legit, *Gruterus* (12, 6. 114, 6) Aurariarum, ficut alter Romae lapis „Aurariorum et Argentariorum" (opificum, auri argentique fabrorum): „Pro Salute Domus Auguftae *corpora* Aurariorum Argentariorum Ifidi et Ofiri Manfionum aedificamus." *Orellius* quoque (ad n. 4065) Aurariarum praeftare cenfet, ut fimiliter infcr. Gallica Lugdun. (in *Maffei* Galliae antiquitt. pg. 67).: „L. Aufidio Marcello II Cos. fplendidiffimi vectigalis maffae *Ferrariarum.*" Ferri magnas fodinas apud Bituriges olim fuiffe teftatur Caefar.

§. 234. Denique occurrit in lapide altero, cujus haec eſt inſcriptio:

D. M. T. FABIO IBIO.
MARO DACICO
AUG. TREVE....
QUOND. DEC. C(o)LLE
AURARIAR. VIX.
ANNIS LX. cet. [1])

§. 235. Hujus Aurariarum (ſive Aurariorum) Collegii et quaeſtores in Libello noſtro Aurario cognovimus et magiſtrum cum commagiſtro, cui praeter magiſterii ſocietatem [2]) fortaſſe in *Auraria* minore, quam Zalatnae fuiſſe ſupra docuimus, miniſterium quoddam adminiſtrandum erat [3]).

§. 236. Erat enim Collegium Aurariarum fodinis exercendis, fortaſſe et vectigalibus, quae ex metallis redibant, colligendis [4]) ampliſſime conſtitutum.

Gaudebat optimo jure corporis conſtituendi [5]), gaudebat licentia eligendi ſibi *patronos* [6]), magiſtros cum *commagiſtris*, *procuratores* [7]) cum *ſubprocuratoribus* [8]), *decuriones* [9]), quaeſtores, quibus magiſtratibus opus erat multis tum propter multa circa rem metallicam negotia, tum propter magnam operum

---

[1]) *Seivert* n. 178. — [2]) *Marini* Iſcrizioni antiche Alban. pg. 31.

[3]) *Commagiſter*, quod vocabulum in omnibus lexicis, vel ipſius Forcellini, deſideratur, formatum eſt ad ſimilitudinem vocabulorum *condecurio* (Maffei Muſ. Veron. 461, 1; Orelli n. 3733), *contubernalis*, *commilito*, *conveteranus*, *contiro* (Orelli n. 3551), *condiſcipulus*, *concivis* (Maffei Muſ. Veron. 84, 5), *conſervus*, *conſobrinus*, *conjux*, *concubina*, *collega*, *commartyr* (Tertullian. de anima cp. 55). Idem fortaſſe *pro-magiſter* (Gruter. Graev. Fratr. Arval. CXXII; Orelli n. 2410; Oſan Syllog. 469; Cicero ad Attic. X, 10: „Jubaeius Caſſius *Pro* Magiſter ſubſcripſi III. Non. Novembris Aetio Pollione et Optimo Cſſ.) et *Pro magiſtro* (Orelli n. 2263. 2430. 3331. 2271: *pro magiſtro* fratr. Arvalium n. 1181: *pro magiſtro* in collegio Pontificum) ut pro Queſtore (Orelli n. 3269), pro Praefecto (Orelli n. 1186), pro Praetore, pro Conſule, pro Flamine (Forcellini, et Creuzer Antiq. rom. pg. 183. 222). Sed legitur et *Proto*mag. (in CXXI Frat. Arv. apud *Gruter*. Graev.). Cf. *Murat*. 572, 1. 705, 4; *Polemi* Suppl. ad Gronovii Thes. IV, 415; *Briſſonii* Dict. jurid. p. 327.

[4]) *Burmann* de Vectigalibus populi Romani.

[5]) Cf. *Caj*. Lib. 3. ad Edict. Provinciale: Neque ſocietas neque *collegium* neque hujusmodi corpus paſſim omnibus habere conceditur, nam et legibus et ſenatus conſultis et principalibus conſtitutionibus ea res coercetur. Paucis admodum in cauſis conceſſa ſunt hujusmodi corpora, ut ecce *vectigalium publicorum ſociis* permiſſum eſt corpus habere, vel *auri fodinarum* vel *argenti fodinarum* et *ſalinarum*.

[6]) *Coll. Aur. P.* (Seivert pg. 189 n. 4).

[7]) *Proc. Aurariarum* (Seiv. n. 175 et pg. 190, 6; Grut. 591; Lan. II, 13); *Proc. Aur.* (Seiv. 168—174).

[8]) *Seivert* 177 (*Subproc. Aurar.*).

[9]) *Seivert* 179 (*Dec. Coll. Aur.*).

fodinarumque diſtantiam. Poſteaquam imperatore *Aureliano* Romani intra Moeſias receſſerunt [1]), in nova illa provincia (Dacia Ripenſi) *comites* metallorum extitere [2]).

§. 237. Ceterum ex re ipſa et naturali operum connexu inter Collegium Aurariarum et Fabrûm [3]) naturalem quendam et neceſſarium interceſſiſſe connexum promptum eſt auſpicari [4]). Eodem modo hoc quoque collegium in Daciae coloniis ſuos habebat *patronos* [5]), magiſtros [6]), quaeſtores, *decuriones* [7]), *ſcholas* [8]) ſive curias cet., praecipue autem Apuli municipio res ſuas agebat, ubi et collegia erant Fabrorum, Dendrophororum, Negotiatorum [9]).

§. 238. Haec igitur de Aurariis earumque Collegio exponere habui. Ventum jam ad difficillimum, ut mihi quidem videtur, operis partem, disquiſitionem *geographicam*. Nam neque meam ſubterfugit notitiam neque ſilentio premere mihi animus eſt fore plerosque eosque viros eruditos, qui interrogent, quorſum haec omnia ſpectent et quare tot fecerimus verba de Abrudbányàe antiqua conditione ac praeſertim nomine, cum in Libello noſtro quamvis Abrudbányàe reperto, nusquam appareat. Res ita ſe habet.

§. 239. „Propoſitus erat ille Libellus deſcribendus Albmajori" (ſic enim conſtanter et perſpicue, quoad mihi quidem iſtud nomen eruere contigit, in utroque exemplo ſcriptum eſt). Idem libellus ſocios Collegii Aurariarum enarrat, quibus jure contineretur, iis diebus non conveniſſe „Alburnum", quod vocabulum et breviatim ſcriptum occurrit „Albur", non ſolum exeunte linea, ubi

---

1) Vide ſupra §. 206. adnot. 1.

2) Sicut *Comes* Orientis, provinciae occidentalis, primi ordinis (Ofen 546), civitatis, caſtrenſis, rei militaris, ſtabuli, veſtis linteae, commerciorum, conſiſtorianus, portus, dominicae rei, rerum domeſticarum, privatarum (*κόμης ἰδικῆς περιουσίας, τῶν ἰδικῶν, τῶν πριβάτων*), formarum, cliboriarius, largitionum privatarum et *ſacrorum* (*κόμης τῶν θησαυρῶν*: Baſilic. VI, 1, 104. 109), qui omnibus vectigalibus praeerat et ad quem omne aurum et argentum ex vectigalibus collatum transmittebatur; porro *Comes* ſacri patrimonii, *diſpoſitionum* (in archivo), domus divinae, officiorum etcet. — *Comes et magiſtri* milit. (Gruter. Orelli n. 1143). Cf. *Funccii* De vegeta latinae linguae ſenectute. Marburgi 1744. 4. pg. 1132. 1136.

3) *Colleg. Fabrorum* (Seivert 210. 212; Orelli II, pg. 526). — 4) Vide ſupra §. 181. 182.

5) *Seivert* 120. 151. 180. 181 (Apuli).

6) *Quaeſtores et magiſtri* Collegii fabrum et centonariorum (Marini 563, 1. 523, 8; Gruter. 1101, 1; Orelli n. 4133. 4056. 3221 (magiſterium Collegii Fabrum).

7) *Seivert* pg. 189, 3. 154; *Gruter.* 372, 1.

8) *Scola fabr. aurar.* (Seivert 213; Orelli n. 1681. 2136. 2387). Vide ſupra pg. 81, adnot. 7.

9) Cf. Franc. Xaver. *Hene* Beyträge zur Daciſchen Geſchichte. (Cibinii, 1836.) pg. 85.

ſpatio deficiente facilius fieri poſſet ut ſyllaba omitteretur, ſed etiam mediâ lineâ compendio notatur „Alb", in fine vero totius documenti iterum bis ſubſcribitur „Actum Albmajori."

§. 240. Fruſtra quaeritur in geographiae vetuſtioris lexicis [1]), fruſtra in marmoribus [2]) neque in tabula quidem illa orbis romani ſatis antiqua Peutingériana [3]), cujus primitiva adumbratio ſive delineatio procul dubio tertio p. Chr. n. ſeculo et ejus quidem priore parte imperatore Severo exarata eſſe videtur [4]), iſtud nomen obvium eſt. Semel ſolummodo totum Romanorum orbem perſcrutantibus in Italia inferiore nobis occurrit monti ſimul et portui prope Paeſtum in Lucania ſitis inditum [5]). Sed nusquam, quod equidem ſciam, tale nomen montis aut loci cujusdam in Dacia ſiti refertur [6]), nam hoc quisque videt, tam abſurdam nominis compoſitionem, qualis Albmajori, nunquam ore Romano prolatam eſſe, imo prorſus abhorrere a linguae latinae uſu.

§. 241. Tamen de loco quodam Dacico, cui nomen fuit Alburno, quamvis apud auctores Romanorum veteres hucusque inaudito [7]) minime mihi deſpe-

---

[1]) Sicut in recentiore eoque uberiore *Biſchofii* et *Mölleri* Lexico comparante veteris et mediae et noviſſimae Geographiae (Vergleichend. Wörterb. der alten, mittleren und neueren Geographie) Gothae, 1829. 8. — Cf. et *Cruſii* Griech. deutſches Wörterbuch der mytholog. hiſtor. und geograph. Eigennamen. Hanov. 1832. 8.; *Dufau* et *Gaudet* Dictionnaire univerſel abregé de la géographie ancienne et moderne comparée. Paris (Vollſtändiges Handwörterbuch der alten Erdbeſchreibung. Weimar, 1821. 8).

[2]) Apud *Gruterum*, *Seivertum*, *Reineſium*, *Griſelinum*, *Muratorium*, *Ofanum*, *Lamam*, *Orellium* etc.

[3]) Tabula itineraria Peutingeriana. Monaci et Lipsiae, 1824. fol.

[4]) *Mannerti* praefat. ad Tabulam Peutingerianam.

[5]) Mons *Alburnus* (Virgil. Georg. III, 14), Portus *Alburnus* (Probus ad Virgilium). Deeſt vox pg. 82 in *Duntzeri* Lehre von der lateiniſchen Wortbildung (Coloniae, 1836).

[6]) Sed in Dalmatia urbis *Liburnae* (apud Appianum, cf. *Zeuſs* Die Deutſchen pg. 158) et inſulani inter Illyrios et Iſtrios ol in ore Italico *Λιβυρνοι* (*Zeuſs* l. l. pg. 251), unde *λιβυρνίς*, liburna, navis genus (*Veget.* de re milit. V, 8). Fortaſſe *Alburni* idem atque *Liburnae* nomen, ſicut *Albis* Slavis *Labis* ſonat; nec non *Liburni* iidem atque *Albani* (i. e. montani) jam Ptolemaeo (III, 13) noti. (Cf. *Zeuſs* pg. 258). — Fuerunt in ejusdem illius Dalmatiae tractu caſtella *Burnum* (*Plin.* H. N. III, 26).

[7]) Inauditum quidem in *Dacia* nomen *Alburnum*, inauditum quoque nomen, quod in codice noſtro legimus („propoſito ad ſtationem reſculi") *Reſculus* aut *Reſculum*, prout aut hominis aut loci accipis. Quodſi hominis, *tabellionis* eſt, qui procul ab Alburno *ſtationem* habebat et vox ipſa, quoad exitum reſpicis, ad ſimilitudinem nominum *Regulus*, *Proculus* formata, quoad ſtirpem, inſtar nominis *Reſcianus*; ſin loci, exitus inſtar ſimilitudinem nominum *Tuſculum*, *Aſculum*, vel quod apud Ptolemaeum occurrit loci in Dacia ſiti, *Triphulum*. Ad ſtirpis comparationem afferendum erit nomen Hungaricum *Rez*-Bányà (i. e. cupri ſeu orichalci fodina), vico Tranſſylvanico inditum, et *Risko*, quod eſt nomen viculi montani in finibus Kereshányào ſiti. Caeterum haec utpote incerta in medio relinquimus, addentes ſolummodo, primum in nomine iſto minime cogitandum eſſe de voce *reſcula* (recula), deinde lingua Hungarica plurima montium et fluviorum et locorum no-

randum videtur. Desideratur enim in tabula Peutingeriana Auraria f. Aurariae nomen, nisi forte quispiam aut loco illo, qui *Monte aureo* notatur, quem ex Singiduno iter per Daciam facientibus obviam esse supra in annotatione docuimus [1]), aurariam fodinam fuisse suspicari vult, quamquam remotiore a proximis Ulpia Trajana, Apulo cet. [2]), aut quod est post Tibiscum in Tabula Peu-

---

mina finiri in *-uli:* *montium*, ut Poenllului, Pjatra Inului, Mugura Kululul, Montiorul, Omuschozul, Welzelul, Burduejosul, Nisepul, Serkamirul, Kursteful, lucul et Umbraleskul, Suskul, Skorusk-l, Lunlskul; nec non *Albiul* (collis, ut Alba Julia sive Pietra alba); *fluviorum:* Schiul. Schlulul, Wefelul, Buchiul, Reou Turkulul, Bykul, Kagul; *locorum:* Turnul, Maroful, Octul, Tirgul, Selejul, Falkajul, Wegul, Pedikul, Krostibodul, Graul, Metrul, Kelejul, cet.

[1]) *Francke* (pg. 117. 163) *Montem Aureum* apud Moesium Superiorem, quem Probus imperator opere militari vineis conseruit, ut et Almam montem apud Sirmium (Eutrop. IX, 11), castellum nunc Somendria esse vult. Cf. et *Mucharii* Noric. I, 342—346. et *Böcking* Notit. dignit. pg. 478—479.

[2])

Tabula Peuting.	*Itiner. Hierosolym.* (Wesseling 564)	*Itinerar. Antunini.* (Wessel. 132)
Singiduno — —	— — — — — —	*Singiduno* castra.
Tricornie — —	Tricornia — — —	— — — — —
Monte aureo — —	*Aureo monte* — — —	*Aureo monte.*
Murgium — — —	Vingeie — — — —	Vinceja.
— — — — —	Margo — — — —	Margo (ad Margum).
— — — — —	— — — — — —	Turiee.
— — — — —	— — — — — —	Inde vmlnaco.
Viminatia — — (ubi tres divergunt viae, quarum una ducit ad)	Viminacie — — —	Viminacio.
— — — — —	— — — — — —	— — — — —
Fuliatis (Tullata Nat. Imperii; Itin. Antun. 218. Tulle) cet.		
Tierna — — —	— Idoma — — —	Idimo (Dirna?) etc.
— — — — —	— Naisso — — —	Naissa.
Me(u)dia — — —	— Meldia — — —	Meldia.
Praetorio (*Ptol.* Praetorium Augusta).		
ad Pannonios.		
Gagania.		
Masclianis.		
Tivisco (Tibiscum).		
Agnavie.		
Ponte Augusti.		
Zeugma (Ptolem.)		
Sarmategte (Sarmizegethusa).		
ad Aquas.		
Petris.		
Germizera.		
Blandiana.		
Apulo.		
Bruclo.		
Salinis.		
Patavissa.		
Napoca.		
Optatiana.		
Largiana.		
Cersie.		
— — —		

tingeriana ſcriptum loci nomen *agnauie*, haud procul a ponte Auguſti et Sarmizegethuſa, ex *aurarie* corruptum ſtatuit.

§. 242. Nominis Abrudbányà compoſita eſt poſterior pars hungarica voce Bányà, quae plane ſignificat *fodinam*, vivida adhuc in lingua radice illa [1]), qua alia complura compoſita ſunt locorum in Transſylvania nomina, partim haud procul diſtantium ab Abrudbányà.

§. 243. Sunt *Keres-Bányà* [1]), ad fontem fluvii Keres (Chryſi) [2]) Albi vicus montanus et ipſa quondam auri fodina nobilis, a quo non longe abeſt Czebes, qui vicus nunc quoque auri lotura floret [3]); *Rez-Bányà*, quod nomen cupri fodinam ſignificat, in documento illo, quod de quatuor urbibus montanis anno 1525 e majore numero adhuc ſuperſtitibus *Kis-Bányà* dicitur [4]), 3. mill. a Torda; *Nagy-Bányà* [5]), *Tekete-Bányà*, *Lapos-Bányà* in comitatu Zattman, *Faze-Bányà* [6]) prope Moraviam, denique [7]) *Offen-Bányà*, germanice Ofenburg [8]) ſive Schwand, ubi prioribus temporibus magna copia plumbi crudi, argento diſtincti, nec non

---

[1]) Inde derivantur *Bányà-ſzaja* (puteus metallicus), *Bányàs* (operarius in fodina), *Bányàsza* (metallum), *Bányàszſag* (fodinarum cultura), *Bányàſata*-tudomány (rerum metallicarum ſcientia), *Bányà*-város (civitas montana), *Bányà*-virag (Quarz), *Ers-bányà* (metalli fodina), *Arany-Bányà* (auri fodina). Sed videantur, quae haud inepte de *ſlavica* verbi Bányà origine diſſeruit *Sulzer* (Hiſtoria Daciae Transſilvaniae I, 141.)

[2]) Sive *Körös*-Bányà, *Köreſch*-bányà ſ. Altenburg, cum tribus viculis montanis Czebes, Riska et Kaacz. — *Reychersdorfius* (l. l. f. 16ᵇ) anno 1550 ſcribit „*Keres-bányà*, oppidum in proclivitate montium loco ſatis amoene ſitum."

[3]) *Geraſus* apud Ammian. *Marcell.* XVII, 13; *Griſia* Jornandis (22).

[4]) *Köleſeri* Auraria pg. 49.

[5]) Etiam *Kiſchbányà* ſive ab aeris (Kies) fodinis ſic dicta, ſive ut *Kis*-Beztercza (Klein-Biſtritz), *Kis*-Kapus (Klein-Kapöſch), *Kis*-Aranyos (Klein-Aranyoſch; eſt enim etiam vicus vicinus Groß-Aranyoſch), *Kis*-Muncsell (Klein-Muntſchell), *Kis*-Torony (Steppendorf) etc. Cf. *Fichtel* Mineralogiſche Bemerkungen von den Karpaten (Vindeb. 1798. 8. T. I), ejusdemque Nachrichten von den Verſteinerungen Siebenbürgens (Norimb. 1780. 4.).

[6]) Compoſitum eſt ut *Nagyag* (ad Mariſum), *Nagy*-Ercsyn, *Nagy*-Enged (in comitatu Albenſi), *Nagy*-Sink (Groß-Schenk. Cf. Büſching Geograph. II, 588; Feilmer Hiſtor. pg. 18). De *Nagy-Bányà* vide Heſperum, 1813. n. 17. 74. 75.

[7]) Sive Facebányà, Facebay, Fareebaja (prope Zalatnam et ipſa auri fodinis notabilis). Eadem vocis corruptio apparet in nominibus *Baga* (qui eſt locus in Bukowina), *Baja* de Aramie (ubi olim erant cupri fodinae), *Baja* de Fier (Cf. *Sulzer* Hiſt. Daciae transſlv. I, 153 et 140 et 152); uti in Walachia *Bajaſch* idem ac Banyaſch, operarius in fodinis.

[8]) Et in Hungaria *Telke-Bányà* inter Eperies et Tokay, quinque fere millia paſſuum a Kaſchau diſtans. Vide *Fichtelii* Mineralog. Bemerkungen von den Karpaten, pg. 361.

[9]) Anno 1525: Ouimburg, Ouuinberg, 1391: Oninberg, 1417: Offen-bányà, 1525: Offen-bányà; quod nomen, ut jam *Köleſero* pg. 49 et *Büſchingio* (in Geographiae T. II, 583) placuit, a *fornacibus* ortum eſſe ſatis probabile videtur.

auri effodiebatur. Atque vastissimi tumuli ex immundis metallorum igne liquefactorum rejectamentis congesti antiquae industriae atque opulentiae testimonia praebent. Fuerant hic olim sexaginta fornaces, ubi aes liquefiebat.

§. 244. Sed ut ad nomen Abrud-Bányà revertamur, prioris vocis (Abrud) ne posterior quidem syllaba *-ud* certa esse videtur; quippe *Steinii* lexicon geographicum novissime una cum documento illo modo memorato praebet Abru*d*-bányà, *Bischof et Möller* [1]) vero cum *Hübnero et Benckõe* [2]) *et Seiverto* [3]) ac jam *Reychersdorfius* [4]) exhibent Abru*g*-bányà.

§. 245. Neque omnino ipsa illa syllaba *Abr*-ud (valachice Awr-ud) hungaricae est linguae; abhorret enim ab illa lingua duarum consonantium proxima conjunctio, ideoque lexicon hungaricum sub -br (in A) nobis non praebet vocabula nisi *abr*-ak (quod germanicum est Haber, avena), *abrosz* (mappa, quae vox cujusnam sit originis mihi quidem latet), denique *abruta* (quod ex latino abrotanum i. e. Artemisia depravatum irrepsit) [5]).

Apparet igitur voculam Abrud- hungaricae non esse linguae. Sed cujusnam tandem alius?

§. 246. Kölesferus [6]) ex AVR-aria istud *Awr*-ud autumat evasisse, ut Abrud-Bányà idem atque Auri fodina significet, idemque ergo quod Zalatna, Zlatna, de quo supra §. 207. disseruimus. Ad quam sententiam quominus concedamus, multa obstant argumenta eaque haud invalida; neque omnino argutior feliciorve ista etymologiae ratio mihi videtur, ac si cui ex Plinii loco supra laudato „infessa castris montium *abrupta* [7])" nomen *Abrud* corruptum contendere in mentem veniat. [8])

---

[1]) *Bischof* et *Möller* Lexicon geographic. pg. 136: „Abrobaala et Abruebania."

[2]) *Benköe* (Transsylvania, 1778. 8. pg. 246) montes *Abrug* nominant, in quibus flumen Aranyos (aurarius) oritur.

[3]) *Seivert* Inscript. 1773, pg. 166 (Abrukbanya, ut Zalakna (quod et Kölesferus), et *Francke* pg. 179, qui tamen 174. 176. Zalatna, dum Reychersdorff praebet Zala*th*na prope Abrugbanya, pg. 16. Zalathnya.

[4]) *Reychersdorff* Chorographia Transsylvaniae (1550. 4.) fol. 14ᵃ: Abrugbanya, f. 16ᵃ, Abrugbania.

[5]) Neque Al-ut a (apud Ptolemaeum *Ἀλούτα*, nunc Olt), quod est nomen fluminis ex Transsylvania per Walachiam currentis, hungaricae est linguae nec esse potest.

[6]) *Kölesferi* Auraria pg. 37.

[7]) *Plinii* epistol. VIII, 4.

[8]) Quae quidem derivandi ratio haud longius aberrat a vero, quam J. Zamosii illa, qua *Zalatnam* ex *Salatina* proficisci contendit, quod ex ejus fodinae vectigalibus annuis *Salaria* militaria fiat collecta. Similiter, si quidem recte se habent, quae statim docebimus, errat Kölesferus, qui pg. 52 in *Alba* Julia nomine de adjectivo *albus* cogitandum putaverit eamque urbem rectius Albam *nigram*

§. 247. Ceterum lingua hungarica proprio gaudet, quod aurum ſignificet, vocabulo *Arany*, unde *Arany*(os)-Bányà (pro Offenbányà), *Arany*-kut (auri puteus), *Aranyos*-Lóna (pagus), Nagy-*Aranyos*, Alſo-*Aranyos* et Kis-*Aranyos* (Klein-Aranyoſch) vici montani ad *Aranyos* fluvium in comitatu Albenſi inferiore ſiti; denique nomen *Aranyos* ipſum vico cuidam ſimulque fluvio in documentis latine perſcriptis Aureus ſ. Auratus plerumque vertitur.

§. 248. Itaque et Alburno eadem ratione ſive e lingua romana ſive e dacica nomen inditum eſſe nihil apertius videtur. Niſi quis ex lingua hungarica (quamquam haec multo poſt Gotthorum et Avarorum dominationem in Transſylvania viguiſſe conſtat) compoſitum mavult eodem modo, quo *Al*-Peſtis (Unter-Peſchtiſch), cui opponitur Fel-Peſtis (Ober-Peſchtiſch) [1].

§. 249. Haec mea ſtat ſententia, quam arbitrio cujusque perpenſandam permitto, certiora prolaturo lubentiſſime conceſſurus; neque amplius in conjecturis verſabor. Arduum ſane in re tam difficili tamque longe remota verum, imo veriſimile tantum eruere. Sed ne quidquam relinquamus, quod ad rem ſpectare poſſit, loci denique in Moeſia, quo Decius imperator contra Gotthos pugnans occidit, nomen Abrutum aſſerimus [2].

Exſtinctum eſt nunc, niſi corruptum in Abrud [3], in Aurariis nomen ex lingua Dacica ductum et a Romanis ſervatum Alburnum, ſicut nomen Romanum alii in Dacia coloniae Romanae inditum Ulpia Trajana Auguſta una cum Romanorum in Dacia ditione evanuit.

§. 250. Ceterum et huic coloniae antea, practer romanum illud, nomen fuerat primitivum Sarmizegethuſae, et alii cuidam coloniae, quod Romani deprehenderant et retinuerant nomen haud dubie Dacicum [4]) hunc usque in diem remanſit. Eſt enim illa, de qua huc usque nondum disſeruimus, Colonia Zer-

nominari debuiſſe laſu ſatis levi contendat. Ceterum Salinae ſimili nomine (ac Zalatna, Zialna) exſtant etiam in Moravia turcica *Slatina*, in Polonia *Szlotoina*.

[1]) Eodem modo compoſitum videtur loci in comitatu Albenſi ſuperiore nomen *Al-binz*, quod et *Wius* ſtatuit. Cf. *Büſchingii* Geograph. II, 489.

[2]) *Jornand* de reb. Get. cp. 18; *Ammian*. Marcellin. 31, 5; *Zoſim*. (qui ad *Tanaim*) I, 23.

[3]) Albrud?

[4]) Sicut et *Napoca*, Patroiſſa, Petaviſſa; fortaſſe et *Apulum*, quod ab Apulo fluvio, qui urbem iſtam

nenſium, et ipſa a Trajano condita, quod nomen latinae linguae non eſſe ipſa litera initialis ſatis indicat.

§. 251. Zernenſes Ulpianus ſcribit [1]); ſimillime exhibetur in Baſilic. *ἡ τῶν Ζερμησιῶν ἀποικία* [2]). Notitia Imperii Zernarum vicum laudat [3]), nec non Diernarum [4]). Eodem modo apud Ptolemaeum *Δίεργα*, in tabula Peutingeriana Tierna [5]). Illud per *Δι*- ſcribendi genus reſpondet ſono potiſſimum ſlavico *ds*, *ts*, *cz*, *zſ* ſive *tſch* [6]); cujus pronunciationis exemplum profert lapis in vicinio Aquarum *Me(h)adenſium* in Transſylvania repertus, quae in tabula Peutingeriana prope Tiernas ſunt. Inſcripta autem ſunt marmori illi, quod eſt ejusdem ſeculi atque codex noſter, anni 157 p. Chr. n. haecce:

---

aliuit, nomen accepit; formam quidem diminutivi habet ut *Tuſculum*, *Aſculum*. At quam multa Romani locorum expugnatorum nomina „barbara" retinuerint, optime docent eorum Itineraria.

[1]) Leg. 1, 8. 9. de Cenſibus 15: „Colonia Cernenſium. *In Dacia* (ſic pro *Indica* librorum legendum).

[2]) Sine dubio pro *Ζερνησιῶν*. Sive *Ζερμ*-ut in Zarmiz-egethuſa, Zermizerga, Sirmium, Sarmatae. — Opitius falſo maluit *Zeugmaſium* pro Zermeſium, ex Ptolemaei *Ζεῦγμα*, quod ſaepiſſime ad flumen navibus aut ponte junctum legitur (cf. *Itinerar.* Weſſeling. pg. 185. 189. 190. 191. 713, Strabo. Plin. Dio Caſſ.; Sulzer I, 192. 193; Benkőe I, 23). Melius *Sulzerus* I, 244: „Ich ſehe keine Urſache aber ein, warum wir aus dem ſo deutlich geſchriebenen Worte Zernenſium oder Cernenſium, es möge ſich nun auf Segneſcht oder Zſcheruez ſchicken, ohne allen Grund und ohne Noth ein griechiſches Zeugma erzwingen ſollten."

[3]) „Praefectura Legionis Tertiae Decimae Geminae *Zernis*" (ed. Böcking, Bonnae 1839, pg. 109). Similiter in Thracia *Zervis* ſ. *Zernis* (Itin. Anton. pg. 322., anno 250), in Tab. Peuting. *Ziriniis*, apud Stephan. B. ex Theopompo *Ζειρηνία πόλις Θράκης* (nunc *Zernice*). Atque in Moeſia *Zernes* apud Procop. et in Notit. dignitat. c. reliquis. Fortaſſe et *Tarnis* Albae Juliae primitivum nomen fuit. — Cf. et Colleg. Zernitorum apud Oſan 456, 182.

[4]) Eadem Notit. Dignitatum ſect. 31 (ed. Böcking pg. 106. 503) in Moeſia: „Praefecture militum exploratorum trans *Diernis*."

[5]) Vide ſupra pg. 111. annot. 2.

[6]) Pronunciabatur jam apud veteres Trapedia et *τράπεζα*, Sabadius (cf. Orelli n. 2357) et Sabatius — *Σαβάζιος*; Abodiacum (Tab. Peutiog.) et Abuzacum (Itin. Antonin.), Obridia et Obruſſa — *Ὄβρυζον*; contra autem aeolice *καρζα* pro *καρδία*, *ζαβάλλω* et *διαβάλλω*, Zeta pro Diaeta, zebus pro diebus (Muratori inſcr. 1571, 1. 1671, 4), Zabolus pro Diabolus, Zaconus pro Diaconus (Orelli n. 4432), Zanium pro Dianium (Hiſpaniae oppidum), Numiza pro Numidia, Zaryto et *Διάῤῥυτον*, Zabas et Diavas, Azabas et Adiavos (flumina, de quibus Amm. Marcell. 23, 6), Cydiel et Cyciel, Ladi et *Λάζοι*, Maziris Ptolemaeo Madicis, fortaſſe et *Ζάκωνες* (*Δάκωνες*) et *Λάκωνες*. Sibilum iſtum, qui eſt frequentiſſimus in lingua italica recenti, ut in coſtozu (cuſtodia), mezzo (medio) cet. etiam veteribus Italis non fuiſſe alienum demonſtrat Servii illud ad Virgilii Georg. IV, 216: „In Media *di* ſine ſibilo proferenda eſt; graecum enim nomen eſt et Media provincia eſt." Cf. *Dies* Gramm. roman. I, 228. — Simillime mutantur literae *u* et *j* in *ζυγον*-jugum, *Ζησοῦς*-*Ἰησοῦς* (Boldetti pg. 266: Regina vibas in domino zeзv idibus ullis i. e. juliis), *Ζεύς*-Jupiter, *Διός*-Jovis, caſtrum Jarba-*Ζαρβα* (Itiner. Anton., Procop). Cf. *Schneideri* Grammat. lat. 1, 385.

HERCVLI. AVG. VALER. M.
FELIX. RVFI. SATVRNINI. G. P. P.
T. P. ERPR. L. V. STATIONIS
TSIERNAN. IIII. ID. ANNO. XI.
BARBATO. ET REGVLO. COSS.
EX. VOTO. POSVIT [1]).

§. 252. Quae quum inter fe confentiant, quis porro eft qui dubitet, Libelli noftri Aurarii „Collegium Jovis Cerneni", cujus hucusque distulimus mentionem, pertinere ad Zernenfium illam coloniam? Id quidem procul dubio; neque enim impedit illud C, quum jam ante tertium feculum [2]) *c* ante *e* et *i* pronunciatum effe conftat ut *z* [3]), ut jam anno p. Chr. n. 154 in illa collegii Aesculapii infcriptione [4]) bis occurrat „condicione", neque vero minus „contributioni." A Zerna autem et Zernenfis et Cernênus rite formatur [5]), ut in infcriptione Meadenfi fupra laudata fcribitur ftatio Tfiernana, nifi cum Schaffarikio [6]) mavis „Tfiernen."

§. 253. Nomen Zerna five Cerna ibi inventum Romani receperant in fuum fermonem modo fono affimilato, Jovem five *cernentem* [7]) fortaffe extorquentes, five ut mihi quidem magis placet, quod Zernis five Cernae [8]) templum

---

[1]) Apud *Grifelinum* I, 265 et *Petavium* III, 95. Cf. *Francke* Traj. pg. 107. 178.

[2]) *Ifidor.* Orig. I, 26.

[3]) *Schneider* Gramm. ling. lat. I, 243; *Seivert* Gramm. l. lat. I, 37. II, 12. IV, 2. V, 4; *Schelleri* pg. 6. — Cf. e. gr. otium - ocium, negocium - negotium, nautius - nauciue, militia, amicitia; Accius, Actius, Attius; Numidius, Numitius, Numicius, Numifius (Mur. thef. IV, 2315); nec non gothic. *kautſjô* (*cautio*). Cf. et fefius (Grut. 204 ex anno 116 p. Chr.), *Sofiam* et focium (Plaut. Amphitr. I, 1, 229), Crescent*ſ*ionus (Grut. 126. 127 ex anno 120 p. Chr.). Sed Suidas (in v. $\chi\lambda\alpha\mu\acute{\iota}\varsigma$) C. literam vocat $\varkappa\acute{\alpha}\pi\pi\alpha$ $\text{῾}\rho\omega\mu\alpha\ddot{\iota}\varkappa\acute{o}\nu$, atque exftat in infcrpt. lat. fed graecis literis expreff. *ΠΑΚΕ* (Boldetti Offervat. fopra i cimiterj de ff. martiri I, 475. 400, 2. 406, 8), fed et *ΠΑCΕ* et *ΦΕCIT* (Ibid. 1, 233, 4); iterum *ΦΗΛΙΚΙCCIMΩ* (marm. Pifaur. n. 182. pg. 72), dulkissima requekit (ibid. pg. 68. 167. 471), dolkiffime - pake (Koppii Palaeogr. crit. III, 524).

[4]) Supra pg. 83 — 85. (Spon. 52).

[5]) Vide *Düntzer* Die Lehre von der lateinischen Wortbildung und Composition (Coloniae, 1836). pg. 87.

[6]) *Schaffarick* Abkunft der Slaven, pg. 177.

[7]) Quafi futura cernat vel bellum (certamen) cernat vel defunctos bene meritos (cf. Seiv. 220).

[8]) Variis cognominibus ornabatur *Jupiter* pro variis *locis*, in quibus ejus vigebat cultus. Hinc *Jovis* Capitolini, Tarpeji, Labraedeni (*Διὸς Λαβρανδέου*), Urii Bosporani, Cantabrici (in nummis Gallieni) et in lapidibus Dacicis Jov. *Taviani* (Seiv. 22. 177) a Tavio in Gallograecia f. Galatia; In Dalmatia Jov. *Turnuaci* (Spon. 730, Orelli n. 2055. 2056), *Tanori* (Spon. 74, Or. n. 2054), Jov. Acraei (Spon. 74), e. Smyraeo; Jov. Cafii (Spon. 75) in Aegypto; Jov. Caffii (Spon. 75). Similiter Hercules Argivus, Cretenfis, Lybicus, Magufanus cet. De *Jove* vid. Orelli Infcr. II, 499 — 500,

Jovis effet, in quo collegium ejus facra faceret. Similiter cognovimus fupra in columna Zalatnae reperta fuiffe *Cultores Jovis*[1]); legimus porro „Mag(iftrum) *Collegii Culto*(rum) Matris Deum [2]), *Colleg. Cultorum* Bonae Deae Coeleftis [3]), *Cultores Collegii* [4]) et *Cultrices Collegii* [5]);" fimiliter „Sodalitium vernarum *colent.* Ifid. [6]), fodalicium *cultor. Hercul.* [7]), Cultores *Herculis* [8]), Cultores *Silvani* [9])" i. e. Collegii Silvani [10]), atque „Collegium *Ifidis et Serapid.* [11])," atque praefertim „*Collegium Aesculapii et Hygiae* [12])." Nec non in Dalmatia erat „Collegium *Fabrûm Veneris*," quorum fodalis Veneris aedem frequentabant Salonis, Dalmatiae urbe, Diocletiani patria [13]). Atque fic ipfius Collegium Jovis Compagi [14]), Jovis Optimi Maximi [15]) exftat.

§. 254. Zernenfium illam coloniam una cum Sarmizegethufa five Ulpia Trajana et Apulo et Napoca ac Patroiffa jus italicum impetraffe Ulpianus in lege de cenfibus memorat [16]). Hodie quoque in occidentali Tzernae f. Cernae (Crnae) fluminis ripa, quod in Danubium effunditur, aquaeductus fpeciofae reliquiae cernuntur uno mill. geogr. fupra Orfovam [17]) veterem, quare cum Sulzero [18]) et Schaffaricio [19]) Mannertus [20]) miratur, a fcriptoribus Zernenfium oppidum quolibet alio loco potius quam ad fluvium Czernam quaeri, quum et

---

de Hercule II, 495. Plurimae locorum cum *Jovis* nomine compofitae appellationes; tabula fola Peutingeriana praebet *Jovis* Fifatinae, *Jovis* Carius (de Nominativo *Jovis* cf. Varro); *Jovis* Penainea (i. e. Agabo); *Jovis* Pago (et in Itin. Hierofol. pg. 565. Wefs.); *Jovis* Lareae; *Jovis* Coeatin Romae (Jul. Capitol. in Pertinace cp. 11) cet.

[1]) Pg. 107. — [2]) *Orelli* n. 2403. — [3]) *Murat.* Thes. 181, 9. — [4]) *Orelli* n. 2408. [5]) *Or.* n. 2409.

[6]) *Or.* n. 2402. — [7]) *Or.* n. 2414. — [8]) *Or.* n. 2415. — [9]) *Or.* n. 2406. — [10]) *Or.* n. 2407.

[11]) Pg. 76, adnot. 4. Cf. Concordiae Coll. Fabrûm Affenfium (Spon. 60). — [12]) Pg. 83.

[13]) Hic Flavium Chlorum Caefarem fibi fucceflorem elegerat, cui Collegium Fabrûm Saloneafium lapidem dicavit.

[14]) *Conlegium feive magiftrei Jovei Compagei* in Lege pagi Herculanei (a. u. 660): v. *Haubaldi* Monum. legalia pg. 80 et *Murator.* Thefaur. 290, 2.

[15]) *Murator.* Thefaur. 847, 4.

[16]) *Ulpianus* leg. de cenf. I: „Etiam in Dacia (Bafilic. *ἐν Δακίᾳ pro indicio*) *Zernenfium* colonia a Divo Trajano deducta Juris Italici eft. *Zarmisegethufa* quoque ejusdem juris eft. Item *Napocenfis* colonia et *Apulenfis* et *Patruiffenfium* vicus, qui a Divo Severo jus coloniarum impetravit." — De Jure Italico vide *Plin.* H. N. III, 321; *Sigonium* De jure ital. lib. 3 (1760); *Schwarz* Diff. de jure ital. (1720. 4.); *Savigny* Geſchichte des röm. Rechts V, 242—267, Zeitſchrift I, 51; *Schweppe* Römiſche Rechtsgeſchichte S. 283; W. Rein Röm. Privatrecht, 1836. S. 53. 54.

[17]) Quam urbem partim reliquiarum illarum fragminibus aedificatam effe veri haud diffimile eft. Cf. *Francke* Trajan. pg. 107. 173.

[18]) *Sulzer* I, 248. 245. — [19]) *Schaffarik* Abkunft der Slaven, pg. 177.

[20]) *Mannert* de Trajani geftis pg. 26.

nomen fluvii ipſum et inprimis rudera pilarum caſtellorumque in utraque fluminis ripa conſpicua, lapidei olim pontis reliquiae indagantibus haud obſcura veſtigiae praebeant [1]. Köleſerus [2]) autem et Böhmerus [3]) cum Biſchofio [4]) **Tsernecz** ſ. **Czernetz** fuiſſe volunt in confinio Valachiae ad Danubium infra Orſovam prope Zeverinum et pontem Adriani (Trajani rectius), neque inter Cibinium et Coronam (Braſſoviam), ubi nunc quidem **Zerneteſt** ſ. **Zerneſti** urbs ſita eſt, quam conjecturam Cellarius [5]) quoque probat, Seivertus [6]) non improbat.

§. 255. Sed quomodocunque res ſe habet [7]), hoc quidem monere operae praetium duco, hisce omnibus nominibus aliisque id genus permultis [8]), ut antiquiſſimo illi **Dierna** ſ. Tſerna ſ. Cerna *ſlavicae* linguae efficaciſſimam radicem **Zern** ſ. Czern, Tſern (Tſchern), quae *niger* valet [9]), ſubeſſe atque inde etiam dei ſive daemonis illius nomen *Zerne-bog Tſchernibog* (i. e. deus ater), ut alia nomina omittam [10]), eſſe derivandum [11]). Inde Valachicum illud *Tſchernigrad* redditur graeco vocabulo Mauro-Caſtro (*μαῦρον κάςρον*) et *Tſchernetz* germanico Schwarzdorf [12]).

§. 256. Permanſit igitur loco et fluvio (Czernae) nomen ſuum, quum multis ante ſeculis ea gens, quae locis nomina impoſuit, emigraſſet aliaque et ea

---

[1]) *Mannert* l. l. pg. 46. Jam *Zamoſius* (Analect. 22b) ejus pontis pilarum veſtigia ſupereſſe monſtravit atque jamjam ſeculo X. Conſtantius Porphyrogenitus Imp. (De adminiſtratione imperii II, 40) minime de loco pontis ambigit.

[2]) *Köleſeri* Auraria 39; cf. *Rumy* in Graberi Encyclopaed. XVI, 74; Koch Deutſch-latein. vergleichend. Wörterbuch der alten, mittleren und neuen Geographie (Lipſiae, 1835) pg. 86.

[3]) *Böhmeri* Diſſ. Commentationis Komenyanae de Jure ſc. aed. auſtr. in R. Hung. praeliminaria §. V.

[4]) *Biſchofii* et *Mölleri* Lexic. geograph. pg. 345. — [5]) *Cellarii* Geograph. antiq.

[6]) *Seiverti* Inſcr. pg. 177, cui aſſentitor Haſzlins in Dac. Vet.

[7]) Haud inepte *Sulzerus* (1, 245): „Ob Tſchernetz ſeinen Namen von dem dortigen Fluß Tſcherne, welcher jetzt den krajowaner von dem temeswarer Banate ſcheidet, oder von dem Schloſſe Zernes, welches dem Procop Cäſar zu Folge der Kaiſer Juſtinian an der Donau erbauet oder wieder hergeſtellet (de aedific. 4, 6) oder von der römiſchen Colonie (Zernenſium) erhalten habe, kann ich noch nicht entſcheiden, und es mag uns ſolches zu wißen oder nicht zu wißen gleichgültig ſeyn."

[8]) Ut *Zernets* ſ. *Cernets* in Valle, quam vocant Engadinum; item *Tſchernigrad* prope illud ſupra nominatum Valachiae *Tſchernetz* ſitum; in Polonia *Tſchernichoco*, in Bukowina *Tſchernauts*, *Tſchernowits*, *Czeranvits*, nec non et fluminum et locorum multorum nomina *Cerne*, *Crne*, *Zerne*.

[9]) Valachice *tſcherni* ater, *tſcherneala* atramentum (gothice *svartisl*).

[10]) Ut *Tſchernitſchef*, *Zernigal*, *Zernojewitſch*, *Tſcherni*-Georg cet., ſimillima illis graeco-turcicis *Kara*-Iſkaki, *Kara*-Jan cet., et *Mauro*-cordato, *Mauro*-Michali.

[11]) Cui conſentit *Burmeiſterus* (in Zimmermanni Zeitſchrift für Alterthumswiſſenſchaft, 1829. N. 26).

[12]) *Sulzer* I, 244.

quidem plane diverſis vacuis ſedibus potita eſſet. Cujus rei firmandae non deſunt exempla; idem enim de *Bohemiae* nomine factum videmus, quae terra, quum Marobodui Marcomanorum regis tempore lingua germanica *Boiémum* ſ. *Boihémum* [1]) appellatum eſſet, id nomen poſt incolas toties permutatos fere integrum ſibi uſque hodie ſervavit, eodem modo Germani, qui Europae fines ingreſſi, antiquitus invenerunt nomina fluminibus montibusve, uti Danubio [2]), Hiſtro, Iſari, Oeno ſ. Aeno, Alpibus, immutata retinuerunt, niſi quod ſuae linguae orique accommodaverunt, unde factum eſt poſtea Tuonouwe, ſ. Duenâu (bav.) [3]), Iſura [4]), In [5]), Alben [6]) et Alm. Confer Balm [7]) et Balſen, Halla [8]), alia id genus [9]).

§. 257. Traducit nos Libellus noſter Aurarius in regiones illas in utraque Iſtri ripa ſitas, quae vel inter Haemum et hunc amnem expanduntur, vel per Daciam et Sarmatiam ad extremos Thracum fines et lacum Maeotida [10]) pertinent.

---

[1]) *Tacit.* Germ. 28, *Vellej.* II. — *Hém*, *haem*, *hdim*, domus eſt, domicilium, patria, ut in Maonheimr, Alfheimr etc. Cf. *Zeuſs* Die Deutſchen und die Nachbarſtämme (Monaci 1837. pg. 115) et *Ejusd.* Die Herkunft der Baiern von den Markomannen (Monaci, 1839. pg. 4—4) et *Schmelleri* Idiotic. bajoar. I, 140. 162.

[2]) *Δανούβιον δὲ τὸν νεφελοφόρον ἐκεῖνοι* [Θρᾶκες] *καλοῦσι πατρίως:* Lydus III, 32.

[3]) Unde *Dunkiboden* prope Straubingos, ex Tunhgau, Thunegaw, Duonochgauui (anno 1010), Tuonekeuui (ad. ann. 974), Tuonogauui (ad 876), Tônahgeuui (ad 866), Dônahgauui (ad 815) i. e. Donau-gâu. Sic *Schmeller* I, 377; aliter et id quidem infeliciſſime *Schlett* in libro, quem inſcripſit Die Römer in München (1830, pg 69) *Tunkel*boden interpretatur ex *Tunicatis*, quos ſibi fabricavit ex Ptolemaei *Rucinotis* quaſi Runicatis (Cf. *Zeuſs* Die Deutſchen pg. 234. 238).

[4]) *Schmeller* I, 121: „Da auch eine Iſer im Rieſengebirge, eine *Iſara* in den ſavoyiſchen Alpen und eine andre (jetzt Oiſe) in den Ardennen vorkommt, ſo fällt der Name wohl einer vorgermaniſchen Sprache anheim." — Cf. *Diefenbach* Celtica II, 301.

[5]) Der Inn, prius daz Inn (*Schmeller* I, 70; *Grimm* Gramm. III, 385).

[6]) *Albun*, Alparuwo (Albgau, Allgäu) in faucibus Alpium et in Baiuuaria (Schmeller I, 47: „Es gehört vermuthlich einer früher durch einen großen Theil von Europa verbreiteten Sprache an"). *Alpa* et *Alm* ut *Albis* et *Ilm*, *Ilmina*, nec non *Almis* fluvius Moeſiae (Itiner., Ptolem., Tab. Peutgr.), *Almus* mons Pannoniae apud Sirmium (Dio Caſs., Flor., Aur. Vict., Eutrop. IX, 11. Cf. et *Diefenbach* Celtica I, 18. 240. II, 310 330. 130.

[7]) Rupes, caverna (La Baume, Beaume): *Schmeller* I, 172; *Diefenbach* I, 192.

[8]) *Schmeller* II, 167. 168; *Grimm* Mytholog. 56.

[9]) Cf. Benne, Bänne, la banne; Benna lingua gallica genus vehiculi (Feſtus: *Schmeller* I, 178; *Diez* I, 80; *Diefenbach* I, 204); Gallice *Ambactus* (Caeſ. B. G. VI, 4.) goth. *andbahts* (miniſter): *Schmeller* I, 57; *Dieffenbach* I, 19; *Carrus* (*Schmeller* II, 32; *Diez* I, 80; *Diefenbach* I, 103); *Mark* equus, gallice marc, marca, *ἵππων τὸ ὄνομα ἴσω τις μάρκαν ὄντα ὑπὸ τῶν Κελτῶν* (Pauſan. *Diefenbach* I, 167). — Catera.

[10]) *Flor.* III, 4.

Miram illae terrae, apud Romanos Scythico gelu et Getarum [1]) Sarmatarumque ſolitudinibus [2]) infames, gentium colluviem contra imperium Romanum cum orientale tum occidentale effuderunt, et quaſi ingens telum ſinu ſuo ut ex vagina emiſerunt [rectius enim nos imagine iſta has terras deſcribimus, quam Jornandes ſeptentrionales regiones vaginam gentium appellavit] [3]), ut proximis ſeculis Graeci, ſua tantum mirantes [4]), mire confunderent earum nomina et ſtirpes, modoque *Scythas*, modo *Sarmatas*, modo *Celtas* vocarent, modo univerſas priſco nomine *Hyperboraeorum* complecterentur.

§. 258. Laudantur autem ad Danubii ripas latiſſimas diverſiſſimae originis linguaeque gentis *Agathyrſi* [5]), *Thraces* [6]), *Triballi* [7]), *Orobyzi*, *Moeſi*, *Odryſae*, *Jazyges* [8]), *Illyrii* [9]), *Pannonii* [10]), *Dardanii* [11]), Celegri, Dacrigi [12]), *Baſtarnae* [13]), Ciſtoboci [14]), Burrii ſive Burrideſii, Perendaveſii, Rhaumeſii, Peuci, *Teuriſci* [15]), *Trutungi* [16]), *Scordiſci* [17]), Beſſi [18]), Melanchlaeni [19]), *Alani* [20]), Roxalani [21]), *Sarmatae* [22]), *Scythae* [23]), *Getae* [24]), *Gotthi* [25]), Heruli [26]), Germani, Celtae, aliae quam plurimae, quarum ne nomina quidem ad aures noſtras pervenerunt.

§. 259. Sed quis eſt, qui in immani hac nationum farragine ſuam cuique linguam tribuat? Quis eſt, qui neſciat egregiam hercle apud viros doctos atque conſtantem *Getarum*, *Gothorum*, *Scytharum*, Sarmatarum confuſionem, cujus jam veteres auctores [27]) atque inprimis Jornandes, rerum gotthicarum ſcriptor [28]),

---

[1]) *Ἡ τῶν Γετῶν ἐρημία* (*Strabo* VII, pg. 305). *Cf. Zeuſs* (Die Deutſchen) pg. 261.

[2]) Sarmatae vagi, Sarmatorum ſolitudines (*Tab. Peuting*). *Cf. Zeuſs* pg. 277. 282. 283.

[3]) *Jornandes* de reb. get. cp. 5. — [4]) *Tacit* Ann. II, 88.

[5]) *Zeuſs* l. l. pg. 274. 278. 280. Cf. *Ἰδάνθυρσος*, rex Scytharum (*Herodot* IV, 76). De hoc et de Agathyrſis vide et *Dieffenbachii* Celtica II, 227.

[6]) *Zeuſs* pg. 258. — [7]) *Zeuſs* pg. 258. — [8]) *Zeuſs* pg. 279. 280. 282. 755. — [9]) *Zeuſs* pg. 250.

[10]) *Zeuſs* pg. 254. — [11]) *Zeuſs* pg. 253. — [12]) *Zeuſs* pg. 462.

[13]) *Zeuſs* pg. 70. 127. 442.

[14]) Qui et Coſtoboci vocantur (Jul. Capitol. et Anton. philos. 22, Amm. Marc. 22, 8. 42) Coiſſtoboci (Orelli n. 510. 990): *Zeuſs* pg. 696.

[15]) *Zeuſs* pg. 261. — [16]) *Zeuſs* pg. 407. — [17]) *Zeuſs* pg. 172. 256. — [18]) *Zeuſs* pg. 742.

[19]) *Zeuſs* pg. 274. 278. — [20]) *Zeuſs* pg. 300. 449. 700. 702. — [21]) *Zeuſs* pg. 279. 282.

[22]) *Zeuſs* pg. 277. 282. 691. — [23]) *Zeuſs* pg. 275. — [24]) *Zeuſs* pg. 260. 264. 403.

[25]) *Zeuſs* pg. 401 cet. — [26]) *Zeuſs* pg. 476. 489.

[27]) Dixit jam Trebellius Pullio cp. 6: „*Scythae* h. e. pars *Gothorum*"; Procopius (Bell. Vandal. I, 2. B. Goth. I, 24) *ſcythicam* eandem atque *gothicam* linguam, Spartianus in Caracalla cp. 20: „cum et *Gothi Getae* dicerentur." Cf. *Procopius* de b. goth. I, 24. de bello vand. I, 2; *Jornand.* de Getis et *Oroſius* VII, 34. I, 16. Melius jam *Plinius* IV, 24: „*Scytharum* nomen uſquequaquam tranſiit in *Sarmatas* atque *Germanos*, nec aliis priſca illa duravit appellatio, quam qui extremi gentium

initium fecerunt [1]). Sed nodo isti expediendo hic non est locus. Habeant igitur sibi suas opiniones *Schaffarikius* et *C. Hallingius*, quorum ille in nominibus istis fere nonnisi slavicos se deprehendisse sonos putat [2]), alteri gentes scythicae omnes germanicae originis esse videntur [3]).

§. 260. Plurimum proficiet in hac quaestione sine dubio illud, quod nunc per *Boppium*, *Grimmium*, *Lassenium*, *Lepsium*, *Diezium*, *Burnolfium*, alios effloruit studium linguarum inter se comparandarum accuratiusque inde instituta et communium omnibus legum et singulis quibusque propriarum observatio [4]). Hoc quidem nemo infitiabitur, in gentibus illis, quas in Dacia, Moesia, Thracia auctores veteres locaverunt, atque barbarorum cognomine haud scio utrum oneraverint an honorarint, et *Germanos* et *Slavos* fuisse. Quod ut magis appareat, aliquot exempla eaque apertissima suppeditabimus. Atque prius de Germanis.

§. 261. Plinio *μαργαρίτης* vox *barbara* est [5]), eidemque *βούτυρον scythicum* sonare videtur [6]). Atqui margarita vox est probe germanica: Teutones enim ab

---

harum ignoti prope ceteris mortalibus degunt." *Getas* Thraicias fuisse gentes inter omnes constat. Dixit Strabo *οἱ τοινῦν Ἕλληνες τοὺς Γέτας Θρᾷκας ὑπελάμβανον*; Herodotus *τοὺς τῶν Θρᾳκῶν ἀνδρειοτάτους καὶ δικαιοτάτους*. Cf. *Dio Cass.* LI, 27.

1) Post quem *Opitium*, qui Albae Iuliae dum degeret de Daciae historia opus componere conatum se fatetur, Scythica Getica Gothica adeo miscentem monstravit jam Engelius (De expedit. Trajani ad Danub. pg. 45), ut non nisi cum sale legi magnaque cum cautione ad assertum quodpiam fulciendum adhiberi debeat. Cf. *Grotii* proleg. hist. goth. (Lugd. Batav. 1655) pg. 41. Confunduntur cum Getis Tyrigetae, Thyssagetae, *Massagetae*, quod ulteriores ipsos *Moesogothos* faciunt, dum *Scythis* potius agnati videntur. Cf. nomen apud Massagetas *Σπαργαπίσης* (Herod. I, 211) et *Σπαργαπείθης* apud Scythas (*Zeuss* pg. 278).

2) *Schaffarick* Abkunft der Slaven (Budae, 1828. 8.) pg. 72. 74. 87. 8 — 14. Cf. et *Dankowsky* Matris slavicae filia culta lingua graeca; Urgeschichte der Völker slavischer Zunge. Posoniae, 1825; Die Griechen als Stamm- und Sprachverwandten der Slaven. Posen. 1828; Homerus slavicus. Vindob. 1829 — 30; Allgem. Zeitung 1836, n. 2; außerord. Beyl. n. 8. Nec non Constantini Oeconomi *Περὶ τῆς πλησιεστάτης συγγενείας τῆς Σλαβονο-Ῥωσσικῆς γλώσσης πρὸς τὴν Ἑλληνικήν*. Petropol. 1828.

3) *C. Halling* Geschichte der Deutschen et Wiener Jahrb. der Literat. LXIII, 119. LIX, 219; atque idem de flava gente Budinorum. Contrarium cf. *Niebuhrium* De historia Scytharum, Getarum et Sarmatarum in Ipsius Kleine historische Schriften (1828) I, 352. Contradicit jam et *Ulphilas* ipse Gothus, qui in versione epistol. S. Pauli ad Col. 3, 11 *Σκύθην* vertit *Skythu*, haud *Skiutandan*, in quarum vocum falsa etymologia atque comparatione totum Hallingii positum est argumentum, cui *Scythae* sunt *skiutandans*, sagittas emittentes (cf. Ovid. Trist. III, 10: Getarum sagittae volantes; Thucydid. *Ἱπποτοξόται*).

4) Habes commixtionis illius usque in diem facinus exemplum prius de lingua *celtici-scythico-germanica* in N. *Funccii* Marburg. De origine lat. ling. tractatu (Giess. et Francof. 1720. 4.) pg. 39. 50. Cf. *Bayeri* Opuscul. (Halae, 1770, 8.) pg. 63 (de origine et priscis sedibus Scytharum). 73. 137. 182. 220.

5) *Plin.* H. N, IX, 35. — 6) *Plin.* H. N. XXVIII, 9.

antiquiſſimis temporibus nuncupabant *mari-griut*, *mari-krioz* [1]) i. e. maris pulverem glaream, margaritas in lapidum numero habentes, ſicut ſuccinum, quod maxime a Germanis in Pannoniam provinciam apportaretur [2]), hodie quoque **Bern-Stein** noſtrates vocant, quod ſuccum arborum eſſe jam Tacitus novit [3]). Itemque *Butyrum* anglofaxonicae eſt linguae *(butera)*, neque ex alia quadam apte riteque interpreteris [4]).

§. 262. Neque etiam mirum, Germanorum veſtigia ibi apparere, cum Germani, Daciae ſemper vicini, mox illam invaſerint. Jam Marco noſtro imperante *Azdingos* [5]) ſive Aſtingos Vandalorum ex gente, ducibus *Rhao* et *Rhapto* [6]), ſpe conſequendi campos in Daciam excurſionem feciſſe atque a Romanis in ea accepiſſe domicilia Dio narrat [7]). Atque poſtea quot gentes eaeque fere omnes germanicae inter ſe conſpirantes, ab Illyrici limite usque ad Gallias, ut *Marcomani*, *Nariſci*, *Hermunduri* et *Quadi*, *Suevi*, Sarmatae, *Latringes* [8]), *Buri*, alii, quum et *Victovales*, Soſibes, Sicobotes, Rhoxolani, *Baſtarnae*, Alani, Peucini, Coſtoboci, *Vandali*, Obii, *Langobardi* [9]), imminente ſimul et parthico bello et britannico, in Daciam irrumperent, magnum illud atque grave bellum Marcomanicum [10]) ſive rectius Germanicum conflarunt atque mox per totum orbem romanum juvenili illo furore effuſi linguam germanicam in omnes partes diſtulerunt, ut et in ravennatenſibus [11]) illis documentis et in gallicis [12]) nomina non niſi teutonica obvia habeamus, *celtica* autem, relicta patria ſede, in Galatia quaſi exſulent [13]).

---

[1]) *Grimm* Gramm. III, 380; et *Dief* Gramm. I, 45; quamquam in gothicis nuperrime a Caſtillioneo editis fragmentis (Mediolani, 1840. 4.) in epiſtola Pauli ad Tim. I, 2, 9. non legitur *marigriuts*, ſed *markreitus*.

[2]) *Plin.* H. N. XXXVII, 3. — [3]) *Tacit.* German. cp. 45.

[4]) Ceterum haud deſunt aliae teutonicae linguae denominationes butyri, ut *ancha* (Helveticis adhuc Anken), *ſmëro* (nordice ſmiar, quod gothice foret *ſmaire*), ana-ſmëro (gl. flor. 983ᵃ), kuo-ſmëro (cf. gloſſ. Lipſ.) cet.

[5]) De quibus differui in Muſeo Rhenano Iurid. (1828) II, 8; cf. *Grimm* Mytholog. pg. XXII; *Zeuſs* pg. 73. 461.

[6]) *Quadi* duce *Battario*, duodecim annorum puero et regulo *Tarbo* ſ. *Thasbo*. — [7]) *Dio Caſſ.* LXXI, 12.

[8]) Dioni *Λάκριγοι*, *Λάγκριγοι* (*Zeuſs* pg. 462).

[9]) *Iul. Capitol.* in M. Antonio cp. 22. *Dio* affert Aſtingos, Iazyges, Marcomanos, Quados, Nariſtos, Diacringos, Buros; *Tab. Peuting.* Burutarios, Alamannos, Armalauſos, Marcomannos, Quados, Lutagos, Dacos. — [10]) *Zeuſs* pg. 120. — [11]) Apud *Marinium*, *Fantuzzium*, *Bernhardum*.

[12]) Anno jam 237 in Italia *Hildevaro* (Spon. 283), in Gallia *Leudomari* a. 515 (Maffei Gall. antiq. 95), a. 537 *Ingildus* (Ibid. 94).

[13]) Sicut in inſcr. Ancyrana: *Γαλατῶν ὁ δῆμος Ἀλβιοριξ*, *Ἀτεπορ(ε)ιγος*. Multa nomina gallica ſ. celtica habes in Inſcriptt. *Orelli* n. 188. 189. 298. 318. 327. 429. 480. 660. 2777. 2778. 2779. 4900. 4901. 1407. 3871. 2059 (Apollo *Toutioriz*).

§. 263. Quid, quod jam in faſtis conſularibus hic illic nomina occurrunt, quae a romano quidem ore plane abhorreant? Anno jam 108. 160. 185. 194. p. Chr. n. Bradua quidam *(Βραδούας)* cum Materno conſul fuit, anno 331. cum Baſſo conſule Ablabius, quod idem nomen egregio rerum gotthicarum ſcriptori fuit, quem Jornandes ſecutus eſt bisque laudat [1]; et ipſum nomen Jornandes in faſtis exſtat ad annum 470. Nec non Mêrobaudes conſul cum Gratiano et Saturnino anno 377. 383 et 435 [2]; et conſules Dagalaifus [3] ſ. Dagatalfus [4] a. 366 et Ricimêrus [5] a. 384. 459, Herminirîcus [6] a. 465, Theodorîcus denique Amalus et Eutharîcus. Item Ariobindus [7], Sigivultus ſ. Sigisvulthus [8], Varari [9], Gadalaitus [10], Ardaburius [11] cet., ubi mirum, quod omnes praenominantur *Flavii*, quod cognomen Arminii jam fratri fuiſſe ſcimus [12], utpote e *flava* gente germanorum oriundo.

§. 264. Denique inter omnes conſtat, imperatorem *Maximinum* ipſum in vico quodam Thraciae vicino conditione paſtorali natum, barbaro etiam patre et matre genitum fuiſſe, quorum ille *Gotthus*, haec Alana fuiſſe perhibetur et patri quidem nomen erat *Mecla* ſ. *Mecca*, *Mica* [13], matri *Ababa* ſ. *Ababia*, *Abala*, *Abagua* fuiſſe dicitur. Atque idem ille imperator in Thraciae vico iſto, quo genitus fuerat, poſſeſſiones recuperavit ac ſemper cum *Gotthis* verſabatur [14]. Ne-

---

[1]) *Jornand* de reb. get. cp. 4. 14; *Boldetti* Oſſerv. pg. 85, 25. 273. Sed conferatur et *Ablabius* Aegyptius et *ἀβλαβής*, innoxius.

[2]) *Marmor.* vatican. n. 54 et ibid. Mon. Cons. Vett. Chriſt...... XXX. DEPOSITA| ...... *BAVDE* CONSVLIBVS; alio lapide MARABADE CONS. Cf. *Fea* Frammenti di Faſti Conſolari e trionfali (Romae, 1829. 4) pg. LXVI; *Maffei* Muſ. Veron. pg. 375, 5; *Boldetti* Oſſerv pg. 80, 9; *Almeloven.* pg. 376: *Berobaudes* et *Merbaudes*. Fortaſſe et „Florio *Baudioni*" (Orelli n. 3391; Gruter. 542, 8) legendum Fl. Ariobaudioni. Sed anno 383 p. Chr. *Bauto* miles Francus et *Merobaudes* Francus Gratiano imperatore erat magiſter militum.

[3]) E Caſſiodor. et Panvin *Boldetti* Oſſerv. pg. 80, 6. — [4]) *Maffei* Muſ. Veron. pg 281, 8.

[5]) *Boldetti* pg. 82, 17: Clearco et Ricomedo conſulibus .... Olibeni; ſic et in Corſini Not. graec. Diſſ. I, IX: Ricomedes.

[6]) *Almeloven.* 465. — [7]) *Areobindus* pg. 434 Almeloveni, *Areabinda* 506, *Arenbinaa* 523.

[8]) *Sigivultus* ap. Almelov. pg. 437, *Sigisvulthus* 579. — [9]) *Almeloven* pg. 456. — [10]) *Almelov.* pg. 575.

[11]) *Almelov.* pg. 447; ſive ex *Artobro* Hiſpaniae oppido? Sed *Ardaburius* erat etiam dux imperatoris Theodoſii. — Cf. *Stilico* 400 405, Trocondus 482, Voldaminaus 272, Ragonius 289. 401, Viacomaius 453, Virdomarus (Orelli n. 3582, Propert. IV, 10, 41), Jantumara (Orelli n. 3371) in Gallia; Januarius *Ambarthius* (Or. n. 2774) et Afcattinius Rafuco (Or. n. 2775) in Batavia et Zelandia. — Nomina *hiſpanica* in inſcriptt. lat. occurrunt apud *Orelli* n. 156 2773 4719; raetica 481. 483 484; punica 5050. 5051. 5052. 3057. 3698; *numinum* nomina peregrinorum 1952 — 2078.

[12]) *Flavio* ſive *Flavo*, ut noviſſime J. *Grimm* edidit. — [13]) *Jornand* de reb. get. cp. 15.

[14]) *Julius Capitolinus* in Maximino.

que in paucis regionibus Danubium adjacentibus usque ad Pontum Euxinum, quas *Gotthi* per longum temporis fpatium tenebant, tum gentium nomina ut Scordifcorum [1]), Taurifcorum [2]), Narifcorum [3]), Teurifcorum [4]), Arabifcorum [5]) alia [6]), quae (germanico?)-*ifk* terminantia videntur, tum locorum deprehendes fonis teutonicis diftincta, ut in Pannonia Teutiburgum [7]), ficut in Vifurgis campis [8]).

§. 265. Quibus praemiffis atque expofitis nemo erit, qui miretur aliquot nomina in Libello noftro, ut fupra brevius jam monui [9]), *Germanum* fonare, Geldo fcililet et Offa, quae nomina neque graecae neque latinae linguae effe facile quisque videat.

Geldo, fi e gotthica i. e. antiquiffima linguae germanicae cognita dialecto proficifci ftatuimus, idem eft ac Gilda (Gen. *Gildins*), cujus radix et in hifce nominibus ineft gotthicis: Athana*gildus*, Hermini*gildus*, Lewi*gildus* [10]), Trebi*gildus* (Gothorum in Afia dux). Vixit in Anglia inter annos 493 et 581 (f. 583) monachus Badonicus Gildas, abbas poftea monafterii anglici Bauchor [11]). Offas [12]) vero nomen pofterioribus fceculis regibus *anglofaxonicis* erat, quorum unus anno 575 rex erat Oftanglorum, alter anno 709 vitae monafticae conditionem fuscepit, tertius deceffit anno 222; quartus (Dincferdhis filius) anno 755 regnum cepit, cum quinto Carolus Magnus communicavit literas [13]) et in ipfis Anglofaxonicarum fami-

---

1) Sed vide *Zeufs* pg. 272; *Diefenbach* Celtica II, 230. 233.
2) *Zeufs* pg. 239. 257. 168. 239. 140; *Diefenbach* Celtica II, 139. 337.
3) *Zeufs* pg. 117. 585; *Diefenbach* II, 158. — 4) *Zeufs* pg. 261.
5) *Zeufs* pg. 257 (ex *Arubone* fluvio).
6) Et ipfe *Dacifcus* (*Kellermann* Vigilum romanorum latercula, 1835. pg. 162, 4), praeter nomen *Ducus* (*Ibid.* 140, 4. 174, 4. 224, 4) et *Dagus* (*Ibid.* 225). Nota et Etrufcos Gravifcanos (*Ibid.* 245, 3).
7) *Itinerar.* Antonin. 248. Weffelingus, quod Teutones ibi in ftatione fuiffent ita nominatum vult, ficut *Paxsouwa* ex *Batava* cohorte illic ftationaria.
8) Teutoburgienfem faltum. (*Zeufs* pg. 7. 11). — 9) §. 199. pg. 1.
10) Similia altd. Puta-*kelt*, Hruod-*kelt*, Sipl-*kelt*, et fem. Spara-*gildia*. Cf. *Grimm* Gramm. II, 495. Mytholog. pg. 24.
11) De quo *Fabricius* in Biblioth. med. et inf. lat. III. pg. 59 et G. J. *Vofsius* De hift. lat. II, 21. 245; *Leyfer* Hift. poet. pg. 174. Cf. *Bähr* Die chriftlichen Dichter u. Gefchichtfchreiber Roms (Carlsruh, 1836) pg. 136. 137. — De aliis ejusdem *Gildae* nominis vide *Fabricium* l. l. pg. 60. 61.
12) Offas ut *Οὐλφιλας*?
13) Ex annis 774. 793 et 799: apud *Walter* II, 56. 124. 125; *Mabillon* Ann. Bened. II, 298 et *Ideler* Leben und Wandel Karls d. Gr. II, 173. 174. Legimus in illis „regi *Offae* et Offano" ficut „a Offano," quae vocis formae declinationem oftendunt debiliorem five mancam, ut dicunt, pro anglofaxonica G. D. A. Offan ex N. Offa.

liarum originibus inter proceres antiquos a *Wôdano* deo fuo praeftantiffimo oriundos laudatur heros Offa f. Uffa, Yffe [1]), Saxonum in Germania incolentium Uffo.

§. 266. Mihi quidem et in latinis et graecis infcriptionibus affiduo quaerenti nondum obvia fuerunt nomina illa [2]); nifi quod principem quendam Gildonem, qui autem ipfe barbarus fub Arcadio et Honorio imperatoribus 349 poft Chr. n. Comes [3]) Africae praeerat potentiffimus, apud Ammianum inveni [4]). In Hispaniae vero urbe Hispali inter *Vifigotthos* poftea fuit proditor quidam Oppas filius Witizae, nepos regis Sifebuti. Ex multo jam tempore Imperatores romani Germanos milites fibi fumpferant corporis cuftodes [5]), qui in collegium Germanum [6]) coierunt; neque Marcus Aurelius ab Iazygibus in exercitu fuo abhorruit atque idem gentes Germanas *Daciam* transtulit. Ac faepiffime, ut in tabulis honeftae miffionis, cohortes et *Batavas* et *Caninefatum* [7]) in Pannonia legimus ftationarias [8]).

§. 267. Sed ut ad Daciam revertamur, rupes quoque faltusque ejus terrae fonos maxime fingulares nobis referunt; neque enim folum ftationarios milites Ubios [9]) ac Treverenfes [10]), nec non Vindelicos [11]) ibi offendimus, fed exftant marmora, quae fi non germanicam linguam, certe Dacicam originem redo-

---

[1]) *Grimm* Mythol. pg. III, et *Kemble* Appendix, nec non *Leo* De Bêowulfo (Halae Saxon. 1839. 8.) pg. 12. 13. 51, nec non *Ettmüller* Scôpes vidfîth (Turigii, 1839. 8.) pg. 20 et *Ejusd.* Beowulf (Turigii, 1840) pg. 30. 31. Simile nomen *Oddae* ducis in anglicano marmore (Marm. Oxon. III, CXXXV, 1).

[2]) Solummodo *Ofilius*, *Ofilia*, *Offilia*, *Ofellius*; *Opilius*, *Opelius*, *Oppelius*, *Oppius* (Orelli n. 3845. 3868. 3899. 3900. 4033. 4606); *Oppius* (Ofan. 353; Orelli n. 3306). Cf. *Orelli* n. 429 (gallic.): *Of.* Paffica. *Of.* Marn. *Of.* Pude. *Of.* Cinm. — Sin malles *offam* latinam aut offulam?

[3]) Frater Firmi et Mafcezel. Cf. *Claudian.* de bello Gildonico, *Symmachi* epiftolar. IV, 4; *Paulini* vita S. Ambrofii, *Orofius*, *Zofimus*.

[4]) *Ammian. Marcell.* XXIX, 5. 6. Cf. *Vincent. Bellovac.* Spec. hiftor. XIX, 22.

[5]) *Orelli* n. 2909. 2923. 3539. — [6]) *Orelli* n. 3538. — [7]) *Zeufs* pg. 102.

[8]) *Notitia* dignitatum et adminiftrationum (ed. Böcking 1839, Bonnae), pg. 76: cohors undecima *Chamavorum* Peamar, cohors nona *Alamannorum* Burgo Severi; pg. 83. 308 ala prima *Juthungorum* falutaria (in *Syria!*), pg. 69. cohors quarta *Juthungorum*, cohors prima *Gothorum* Helela, pg. 85. 392 ala prima *Saxonum*, pg. 93. ala octava Flavia *Francorum* (in *Mefopotomia!*), pg. 76. ala prima *Francorum*, pg. 75. ala *Germanorum*. Cf. *Batavi* pg. 192; *Salii* pg. 191; *Mattiaci* pg. 194; *Angrivarii* pg. 195; *Toringi* pg. 204, *Vandali* pg. 298, *Franci* pg. 332. — Simili modo et *Dacos* milites invenimus ibi in Syria (pg. 83. Cohors prima *Ulpia*) et Armenia (pg. 96. ala prima *Ulpia Dacorum*), nec non *Dalmatas* equites in Phoenicia (pg. 85 cf. 90).

[9]) *Seivert* 282 (lap. Albae Iuliae repert.): Genianus *Tamonftinus* Ubiorum vixit annos 50, militavit annis 18.

[10]) *Seiv.* 178: Fabio *Ibliomaro* domo aug. *Trever.* quond. Dec(urio) Coll(egii) *Aurarior.* vix. annis LX.

[11]) *Aftianus* natione Bindelicus (Monum. Pifaur. pg. 69, 171).

lent. Singulas afferre inſcriptiones longum eſt; ſatis erit, unam alteramve perluſtrare.

§. 268. Atque primum obvia eſt inſcriptio quaedam Thordae [1]):

> A j a N a n d o n i s [2]) vixit | annis LXXX. A n d r a d a [3]) | B l i v i a n u s vix. annis | LXXX. B r i c e n a vixit anis | XL. Juſta vixit anis XXX | B e d a r u s vixit XII. Pos. obi|tum Fl. Herculanus liber|tus patrone benemer.||

Altera quaedam, quae eſt Romae [4]), haec exhibet:

> D. M. Z i a i | T i a t i fil. *Daciae* uxori | P i e p o r i regis | Coiſtobocenſis | N a t o p o r u s et D r i g i ſ a aviae | cariſſ. B. M. Fecerunt.|

§. 269. Exſtant porro aliae, in quibus nomina non magis romana, ut C a j a A ſ t e n a n i c e [5]), M a r o g a t a n u s [6]), M a r i n i a n u s [7]), I n g e n u r i u s A t t i o [8]), V i r i a r r i a V i r i r e d a [9]), Aurelius A u l u c m u s [10]). Quae ſi quidem non germana, haud tamen latina eſſe apparet. Non latet D a c i c a nec non Thracica origo in Dacorum regum ſive ducum nominibus D r o m i c h e t i s, O r o l i s, B o ë r e b i ſ t i s ſ. Boroiſtae, D o r p a n e i, D y c e n a e i, D e c e b a l i et fratris D i e g i s, item D a p y g i s, Z y r a x i s, Z a l m o x i s [Zamolxis] [11]), G e b e l e i x i s, V e z i n i, B i c i l i s, C o t y ſ o n i s, C o t y s, S i t a l c i s, S e u t h i s; neque minus in locorum nominibus T a r n i s, N a p o c a e, fortaſſe et A p u l i et V o l m e r i i [12]).

§. 270. Sed quisnam eſt, qui uti Joſephus noſter Müllerus Pehlavicam, Boppius cum Burnolfio linguam Zendicam, cum eodem Burnolfio Gallo Laſſenius Germanus illam in cuneorum literis reconditam nuper reſtituit, G e t i c a m quaſi ab longa oblivione excitare audeat, quum O v i d i i verſus getico conſcripti ſermone, ſiquidem re vera

---

1) *Seiv.* 210; *Scr.* rer. hung. I, 882; *Zamos.* 35; *Lazius* 931; *Tröſter* 423.

2) *Nando*, ut gothic. *Nantha* (audax), G. Nanthins, ut Gilda, Gildios. Sed et rex Indorum *Nanda* tempore Alexandri Magni (*Droyſen* Hiſtor. Hellenism. I, 519).

3) Sicut Faſtrdda, Aidrdda?? — 4) *Murat.* 1059, 3; *Orelli* n. 510 = 990, *Eckhel* Doctr. num. VII, 330.

5) *Seiv.* 249. — 6) *Seiv.* 254. 255. 256. — 7) *Seiv.* 257. — 8) *Seiv.* 262. — 9) *Seiv.* 265.

10) *Seiv.* 267; ut Deo Taraoueno (in Dalmatia repert.; *Spon.* 73; *Orelli* n. 2055; Tarauuca *Orelli* n. 2056. 2057). De aliis nominibus ignotis Dacicis apud Ptolemaeum vide *Zeuſs* l. i. pg. 261.

11) Cf. *Weſſeling.* ad Herod. pg. 313 et *Biſchoffi* Lexic. geogr. ſub voce *Zalmoxis*. Cf. Scytharum nomina Leipoxas, Arpoxas, Koiaxas.

12) Civitas *Volmerii* et Petovii (in montibus *Volomiri*) in lapide *Seivert* n. 124.

ſcripſit, ſint deperditi [1]). Commiſcuit ceterum Naſo *Geticam* et eum *Sarmatica* et *Scythica* et *Threicia* lingua[2]). At ubi remanſerunt nobis certa discriminis inter eas veſtigia? Qualis fuit *Illyricorum*, qualis *Thracum* ſermo [3])? An fuit ille idem atque *Albanorum*, qui nunc ſunt [4])? *Thracum* vero num fortaſſe idem ac *Dacorum* ſ. Getarum [5])? At qualis fuit *Thracum?* Qualis ergo *Getarum?* Quae porro lingua *Sarmatarum*, quaeve *Scytharum?* Non contigit iis, quod *Gotthis*, qui illos ſedibus ejecerunt, ut eorum lingua biblia ſacra redderentur.

§. 271. Procul dubio etiam Dacicum ſonat Coloniae Ulpiae Trajanae vetuſtius nomen, de quo ſupra (§. 224.) ſermo fuit, Sarmiz-aegethuſa [6])? ſive Sarmi-zegethuſa. Occurrit autem in marmoribus per compendium ſcripturae praeter Sarmizegetus, Sarmizege, Sarmizeg et Sarm., Sar., etiam Sarmiz [7]), quod nomen et *Zarmiz*, *Zarmitz* ſcribitur, ſicut nunc adhuc audit vicus quidam Transſylvanus Zermizirga. Communis quaedam ſtirps ſive radix ſubeſſe videtur his nominibus atque nomini *Sarmes* ſ. *Sarmis*, quod erat vetuſtiſſimo Thracum et Triballorum et Dacorum regi, quem primo anno regni ſui ab Alexandro Magno proelio ſuperatum eſſe Curtius auctor eſt. Fortaſſe quum rex ille Graecis *Sirmus* vocaretur, et *Sirmii* urbis nomen huc pertinet, nec minus probabiliter dei *Sarmandi* [8]).

§. 272. Sed jam propius ſono *Sermiz* accedit illud Sarmatarum nomen ſatis notum, neque vero longe aberrare videmur, ſi inſcriptiones quasdam reſpicimus, quae Ulpiam Trajanam ſ. „Sarmiz." Coloniam adtingunt et prae-

---

[1]) *Ovidius* ex Ponto l. IV, eleg. 13. v. 17: Carmina quae faciam pene poeta Getes.
Ah pudet, et *Getico* ſcripſi ſermone *libellum*
Structaque ſunt *noſtris barbara verba modis.*
Fortaſſe, ſi iſta adhuc exſtarent, *Wackernagelius* junior ut primos inprimis *hexametros teutonicos* allocaſſet (in libellum „Geſchichte des deutſchen Hexameters." Berolini, 1831. 8.).

[2]) *Ovid.* Triſt. El. 2: Nam didici *getice ſarmaticeque* loqui.

[3]) Cf. *Raſk* de Threicia lingua in Severini *Vateri* Vergleichungstafeln (Halae, 1822, 8.).

[4]) De quibus vide *Lecci* et *Maſci* et *Valeri* libros, nec non *Xylandri* Die Sprache der Albanesen (1834. 8.).

[5]) Quem Diodorus (de virtut.) et Juſtin. XVI, 1. *Thracum* nominant ducem Dromichaetem, *Getam* Strabo et Pauſanias. Atque Chalcocondylas (anno 1470) dixit: Et in ea Pindum montem, quem *Blaci* incolunt, *quibus eadem cum Dacis lingua eſt*, nec quidquam ab eis differunt, qui Iſtrum accolunt.

[6]) Byzantio quoque *Aegethuſae* nomen erat. *Tröſterus* (Alt und Neu Dacia, (Norimb. 1666) ſibi fabricat Sarmitz-*Gothuſa* quaſi „Des Sarmitz Gothiſches Huß" (regis Sarmita domus gothica) et *Pellulier* „Commune Getarum domicilium."

[7]) Et fortaſſe *Sermizera*, niſi Germizera tabulae Peutingerianae (Secl. VII, B.).

[8]) Cujus inſcriptio apud *Seivert* 251 et *Bartaliſſium* 139. Cf. *Orelli* n. 2012.

ter id ipſum nomen maxime ſub finem haec verba exhibent: „Dac. Colon. Ulp. Traj. *Sarmat* ſ. *Zarmat*" [1]) i. e. Colonia Dacica *Sarmatica* [2]). Firmatur hoc, quod in Tabula Peutingeriana pro Sarmizegethuſa ſcribitur, *Sarmat*|egte et in alia inſcriptione *Zermiegeto* [3]). Denique haud dubie ſimile quid apparet in exitu nominum Sarm*at*-ia ac Dalm*at*-ia [4]). Invenitur in lapidibus „Col. *Delmat.*" et fuit in Dalm*at*ia urbs Dalm*in*ium ſ. Dalmium [5]). Neque ſine ſibilo quodam illud *ti* in vocabulo Dalmatia ore dacico et romano prolatum fuiſſe videtur, cum non ſolum illud Sarmitz legatur, ſed etiam vicus quidam in comitatu Cibiniaco ſitus, cujus etiam vetuſtius nomen Dalmatja hucusque ſuperat, audiat *Talmatſch* ſive *Talmatz* [6]).

§. 273. Ceterum ſicut nomen Zerna ſ. Zernae vere ſlavicum mihi videri ſupra jam dixi [7]), ſic illorum quoque nominum, quae modo attuli, ſyllabas extremas ſlavicam originem prae ſe ferre mihi quidem probabile eſt. Huc pertinent etiam nomina Patro-*iſſa*, Paral-*iſſa*, Path-*iſſus*, Tib-*iſſus* [8]), Hier-*aſſus*, nec non fortaſſe id genus alia montium transſylvanorum nomina, ut Kukur*aſſa*, Tſchetio-*aſſa*, Dragoj-*aſſa* cet.

§. 274. Accedit, quod jam apud Ptolemaeum nomina nonnulla geographica terminantur ſyllabis *-ιτια (-itz, -itſch?)* et *-ουα (ow*, germ. *ouwe, au?*), quas linguae ſlavicae eſſe haud infitieris [9]). Similia ſunt in Thracia oppidorum nomina Oſtad*iz*a, Bardid*iz*a, Burtad*iz*a; Olotoedar*iz*a, Orud*isz*a ad Burgam [10]); in Transſylvania Biſtr*it*zia, quod eſt nomen urbi celebri, a fluvio Biſtricza no-

---

1) *Grut.* 254, 5. Falſe aliquoties apud *Seivertum* ex *Lazio* pg. 87. legitur „Darcuiomarum Ulpianarum Trajanarum Sarmaticarum" (ita et Tröſterus pg. 406), ubi Huſztius rectius „Dac. Coloniar." cat. Cf. *Seivert* pg. 87.

2) *Seivert* pg. 43, 52. 414, 5.

3) *Orelli* n. 3527.

4) Nec non in aliorum gentium Scythicarum nominibus ut *Αὐχάται, Παραλάται, Δισιτιάται, Αὐταριάται.* Simile quid etiam *Σκολότοι, Παγυρῖται, Κερεῶται.* — 5) Appian.

6) Germanizans *Büſchingius* (II, 586) ſcribit Talmſch.

7) *Schaffarick* (pg. 177): „Da die Lage des Ortes über alle Zweifel erhaben, ſo iſt *Tſierna* der Angelpunkt aller ſlav. erdkundlichen Etymologie."

8) *Grut.* 418. Ptolemaeo *Τίβισκος*, ſicut Patroiſſa et Patroiſſenſes. Cf. et Securiſca et Securiſpa (Tab. Peuting.); Transmariſcum (Itin. Anton.), Transmariſca (Tab. Peuting.).

9) Sed cave ne nomina mere germanica ut Wer*nitz*, Peg*nitz* ſlavicismo tuo inficias! Sonabant prioribus temporibus Warinza, Werinza et Paginz; uti et Rezat ſonuit Rehtratenza, Garmiſch Germaris-gowe cet.

10) Itinerar. Antonin. etc. apud Weſſelingum.

minatae. Eodem nomine gaudet urbs Ungariae montana Slavis *Biſtricza* appellata. Ruſſi etiam, quum in Kamptsatkam penetrarent, celebrem fluvium *Biſtriciam* dixere, a Biſztry, quod vocabulum Slavis clarum recensque ſignificat [1]). Atque ipſius Iuſtiniani imperatoris, nati Vederianae in Dardania, mater appellata eſt Biglen*iza* et pater *Iſtor*, quorum nominum manifeſto ſlavonicorum hoc, quod poſterius attulimus, Illyriis idem valet ac ſol oriens i. Sabazius [2]).

§. 275. Singula illa, quae protulimus, ubi cogitatione complexus fueris, Slavos ante annum 527, quo *Thunmannus* vult [3]), Danubium transiiſſe patebit, nec non in Pannoniis viciniſque provinciis aborigines fuiſſe. Imo vaſtiſſimum illum jaculatorum Scytharum ſinum Slavi incoluiſſe videntur, quo poſteriore temporis tractu Gotthi inde ab Aſia ac ponto Euxino profecti potiti ſunt, poſtque eos egreſſos Huni, poſt hos Avari et Hungari, qui novum terris Daciis nomen intulere. Erat procul dubio in regionibus illis, quae Danubium adjacent, ſedes gentium earum ſlavicarum, quas FALLMERAYERUS patentibus campis inequitantes [4]) THIERSCHII noſtri Graeciam montanam inundaſſe nuper ſtatuit [5]) effuſiſſima terrarum vaſtatione; unde *ἐσκλαβώθη πᾶσα ἡ χώρα καὶ γέγονε βάρβαρος* [6]) atque *πᾶσαν Ἤπειρον καὶ Ἑλλάδα σχεδὸν καὶ Πελοπόννησον καὶ Μακεδονίαν Σκῦθαι Σκλάβοι νέμονται* [7]).

§. 276. Sed et Germanos, inque iis inprimis Gotthos occupaſſe Thra-

---

[1]) Cf. et *Korabinsky* Lexicon Ungar. pg. 57. 58.

[2]) *Schaffarick* l. l. pg. 145. 147; *Grimm* ad Wukii Grammaticam ſerbicam.

[3]) *Thunmann* Unterſuchungen über die nordiſchen Völker, pg. 174. Cf. *Schlözer* Allg. Nordiſche Geſchichte, I, 152; *Fasching* Vetus Dacia; *Severini* Diſſ. hiſt. de veteribus incolis Hungariae; *Belii* Hungariae antiquae prodrom. (Norimb. 1723); *Sulzeri* Geſchichte des transalpiniſchen Daciens (Vindobon. 1781. II, pg. 54), *Schaffarick* Abkunft der Slaven pg. 131; *Striller* Nord. Geſchichte, pg. 378; *Kollar* cel.

[4]) *Flor.* IV, 12; *Tacit.* Hiſt. I, 79; *Thucydid.* *ἱπποτοξότας*, *Columella* *γαλακτοπόταις*.

[5]) *J. Ph Fallmerayer* Geſchichte der Halbinſel Morea während des Mittelalters (1831 et 1836. 8.) et Welchen Einfluß hatte die Beſetzung Griechenlands durch die Slaven auf das Schickſal der Stadt Athen und der Landſchaft Attika (Stutgardiae apud Cottam, 1835. 8.). Sed qui ſunt *Slavi*, quos jam *Neſtor* hiſtoricos ruthenus ineunte ſeculo XII. ob *Illyriis* oriundos, dum verſa vice Grimmius noſter Illyrios derivat a Slavis.

[6]) *Conſtantin.* De Thermis II, 6. Cf. *Schaffarick* l. l. pg. 113 et Allgemeine Zeitung 1835, n. 307. Außerord. Beylage 280.

[7]) *Strabonis* Epitomator.

cias, vaſtaſſe Macedoniam [1]), Theſſaliam, Achajam conſtat [2]), ut **Hallingius** cum Anacharſi perhibeat, *πάντες Ἕλληνες σκυθίζουσιν* [3]).

§. 277. Verum tamen bene fauſteque deum optimum maximum precamur, OTHO **noſter regat** populum ſuum ſive ſlavicum ſive origine gothicum, ſermone quidem nunc denuo et ſemper aliquando graecum; mira enim indolis virtute factum eſt, ut quemadmodum in Germania orientali linguam ſlavonicam teutonica, ita in Graecia graeca reſtinxerit, imo in ipſis Dacicis Danubianisque terris mox **Graecae** effloruerit linguae cultura. Iterum igitur, ut verbis utar vatis Venuſini, Graecia capta ferum victorem cepit et artes Intulit agreſti [4]).

§. 278. Prolato jam per Alexandrum Magnum **Graecorum** imperio, lingua graeca poſtea et in Aegypto et Conſtantinopoli colebatur, in Calabria et regno Neapolitano Sicilia tenus dudum valebat, ut mox a Maſſilia, quam matrem ſtudiorum Tacitus appellat, Epheſo, Tarſo, Mitylenarum tenus, imo per **Bactriam** uſque ad **Indum** fluvium [5]) Graecorum lingua ludique literarii vigerent.

§. 279. Penetraverat quoque graecae linguae genius ad danubianas ripas exque iis graecae in noſtro Libello Dacico remanſerunt preces, ex quibus alii quoque de **Getis** ipſis **victis** ad nos reſonuerunt verſus ad Iovem, cui Trajanus poſt illos devictos dona offerebat [6]).

§. 280. Jam Ovidius ſanguine Grajo Geticum, Grajamque Getico mixtam loquelam ſono dicit [7]). Erat, ubi idem ille exſul degebat, Tomitana civitas ſemigraeca, quam Getae, Sarmatae, Iazyges excurſionibus vagi attingebant; eodem

---

[1]) Nec non oblivioni dentur priores ante Chriſti natum *Celtarum* ſ. Gallorum Macedoniae ac Thraciae inundationes ſub Brenno Atichorio Lutario Leonnorio cet., de quibus cf. *Schmidt* De fontibus veterum auctorum in enarrandis expeditionibus *Gallis* in Macedoniam ſusceptis (Berolin. 1834). Inſtituerant illi Galli ſ. Celtae in Thracia ſingulare regnum *Tylen*, cui ſubjecti erant Thraces, *Getae*, Triballi.

[2]) *Trebell. Pollio* cp. 6: Pugnatum eſt in *Achaja* Macriano duce contra eosdem *Gothos*, unde victi per Achaeos receſſerunt.

[3]) *Plato* in Cratylo. — [4]) *Horat.* Epiſt. I, 2.

[5]) Cf. *Annales* literarii Gottingenſ. 1835. N. 40. 177. 178. (ex *Journal* of the Aſiatic. Society of Bengal 1834); 1836. N. 21—27. de nummis et regibus regni Indoſcythici. Cf. *Chr. Laſſen* Zur Geſchichte der Griech. und Indoſkythiſchen Könige in Baktrien (Bonnae, 1838); Carol. *Ritter* Die Stupa's oder die architektoniſchen Denkmale an der Indobaktriſchen Königsſtraße (Berol. Nicol. 1838); *Wiedmann et Hauff* Reiſen und Länderbeſchreibungen.: VII, 16. Cf. *Droyſen* Geſchichte des Hellenismus (Hammoniae apud Perthes).

[6]) *Anthologia* graeca ed. Brunck. II, 285, ed. Jacobs II, 260. I.

[7]) *Ovid.* Triſt. eleg. V, 2: *Grajaque* quod *Getico* mixta loquela ſono eſt; eleg. VII: Mixta ſit haec quamvis inter *Grajasque Getasque*.

modo duce Dicenaeo vate, quidquid erat urbium graecarum in boreali Ponti ora, captas vaſtaverunt [1]). Venerant etiam in Daciam commercii cauſa ſatis multo ante tempore ipſae coloniae graecae, „inque Getis Grajas conſtituere domos" [2]) atque ineunte ſeculo quarto, S. Niceta epiſcopo, Remeſianae in alio templo laudes dei g r a e c a lingua perſonabat, in alio B e ſ ſ i ſuo ſermone de rebus divinis concionabantur, in alio denique A r m e n i i numini ſupremo ſupplicabant [3]). Noſtro quoque tempore Graeci ſacrorum communitate conjuncti atque fide et incolumitate impetrata Cibinii praeſertim et Coroniae verſantur, una cum Armeniis et Serbis (ſive Sorbis), Bulgaris cet. [4]).

§. 281. Alexandro mortuo T h r a c i a cum finitimis provinciis L y ſ i m a c h o optimo militi, ſed divitiarum avidiſſimo, qui a ſcientiis abhorruit [5]), in ſortem regni obvenerat. Qua pacata Lyſimachus, quum anno ante Chr. 183. G e t a s quoque in D a c i a aggrederetur [6]), a Dromichete illorum rege cum exercitu captus mox ſine pretio multa de communi rerum humanarum ſorte admonitus dimiſſus eſt [7]). Illo igitur remotiſſimo tempore longe ante Decebalum excuſi hodie quoque nummi aurei terra effodiuntur plurimi, ut jam anno 1535 magno cum lucro auri Lyſimachei fodina ſive potius piſcatura (ſecundum Köleſerum)

---

[1]) *Dio* Borysth. II, pg. 75. 76 ed. R.; *Niebuhr* Kleine histor. u. philosophische Schriften (Bonnae, 1828) I, 391.

[2]) *Ovid.* Trist. V, 10; III, 9: Hûc quoque *Mileto* missi vexere coloni. Inque cet.

[3]) Vita S. Theodori.

[4]) *Fellmer* Hist. pg. 21; *Sulzer* l. l. II, 89, qui mira haec edit verba: Unter allen christlichen Bewohnern des transalpinischen Daciens sehen wir heut zu Tage eine Nation in demselben das Ruder führen, die vielleicht weniger Recht als alle übrigen, die Juden ausgenommen, dazu aufzuweisen hat. Ich meine die G r i e c h e n, dieses unruhige, erfinderische Volk, welches durch die ihm angeborenen Ränke die Unterherrschaft und mit derselben die vornehmsten Würden in diesen Provinzen, mit Ausschluß der einheimischen Nation, von den Türken zu erhandeln und sich allem Ansehen nach auf immer zu versichern die Geschicklichkeit besessen hat. — Ueberhaupt muß man den Griechen dieses, ich weiß nicht ob zum Ruhm oder zur Schande nachreden, daß sie in Ränken, an Einfällen ein vorgestecktes Ziel zu erreichen, sehr fruchtbar und unermüdet und bis zur Unverschämtheit dreist sind."

[5]) Expulit e regno suo doctos ac sapientes (*Athen.* XIII., 610).

[6]) Darius jam Hystaspis ponte per Hellespontum structo copias in Thraciam deduxerat, nec non Alexander Getis cladem jam attulerat (*Engel* Comm. de exped. pg. 91 — 98.; *Droysen* Historia Alexandri et Hellenismi).

[7]) *Strabo* VII, 1; *Plutarch.* et *Pausan.* Hist. I; *Diodor.* Sicul. de virtut. lib. 21; *Justin.* XVI, 1; *Polyaen.* XII, 25. Similiter *Appianus* (Bell. civ. IV, 75) narrat, Polemocratiam reguli cujusdam *Thracii* uxorem caeso ab inimicis marito, quum filio suo metueret, ad *Brutum* profectam et filium ei suum commendasse et mariti *thesauros tradidisse*, magnam in his repertam auri argentique copiam, unde signatum a Bruto numisma.

in ripa inſtituta ſit, qua reliquias theſauri Decebaleni poſt Trajanum detectas eſſe perſuadere conantur [1]. Lyſimachaeorum quidam tunc duo millia Auguſto Imperatori Ferdinando Georgium Martinuſium praefectum dono miſiſſe, quatuor millia domum ſuam contuliſſe literae publicae memoriae tradidere [2].

§. 282. Reperta eſt porro atque reperitur quotidie in Transſylvania magna copia nummorum aureorum (nam argentei rariores ſunt), qui in parte adverſa inſcripti ſunt graecis literis *ΚΟΣΩΝ*, in averſa A B. f. L. BRVTI. PRIM. COS. [3]) nomen et imaginem cum faſcis conſularibus exhibent [4]. Graeca illa inſcriptio fortaſſe idem valet ac „*Cuſorum* f. *Cuſi*", quae eſt civitas in Pannonia [5]. Repertae ſunt etiam nuper in valle Haczeck prope Abrudbányàm tres *teſſerae graecis impletae* ſignis; quae omnia ad triptychum noſtrum graecum (§. 60—65) nos revocant, optimum ſane florentium olim in Danubii ripis literarum graecarum teſtem.

§. 283. Prima cerarum graecarum preces illas clariſſimas jam ſupra laudatas (quae ſunt in libris Platonis) *ἐκείνου τοῦ ποιητοῦ* (§. 60—63) praebet *octo lineas* ſignis quibusdam valde ſingularibus et ſatis antiquis, graecis ni fallor diſtinctas, quas dignoſcere atque interpretari equidem fruſtra adhuc conatus ſum. Itaque mihi, qui ad has literas magis imbutus quam inſtitutus ſim, non diutius tempus terendum, ſed BOECKHIO, FRANZIO, GOETTLINGIO, LEPSIO, ULRICO (in Graecia), ORELLIO, GROTEFENDIO, KOPITARIO, aliis relinquendum eſſe cenſui. Hoc tantum moneo, a dextra ad ſiniſtram ibi ſcriptum eſſe mihi videri [6].

---

[1]) *Fallmer* l. l. et *Droyſen* Geſchichte des Hellenismus (Pars I, ſive Geſchichte der Nachfolger Alexanders 1836) pg. 588—592; Flathe Geſchichte Macedoniens und der Reiche, welche von macedoniſchen Königen beherrſcht wurden (Lipſiae, 1832. 1834); Mannert Geſchichte der unmittelbaren Nachfolger Alexanders (Lipſiae, 1787) pg. 304—306; Schloſſer Univerſalhiſtoriſche Ueberſicht der Geſchichte der alten Welt und ihrer Cultur. (Francof. 1828) II, 1, 6.

[2]) Ita *Köleſerus* pg. 25. Cf. *Lazius* de republic. rom. XII, 1; *Engel* 105; *Eckhelius* teſtatur hisce verbis: „Frequentes id genus nummos nobis ex *Dacia* et inferiore Hungaria adferri, quo ipſo alveo tot ad nos *Philippi, Alexandri, Lyſimachi* adferuntur; ex quo ipſo facile intelligas ſignatos in tractu vicino hos nummos diſpenſatosque, ubi et bellum civile geſſit *Brutus* frequentiusque propterea nunc ibi reperiri." — [3]) De qua *Sueton.* Caeſ. I, 80.

[4]) Cf. *Eckhelii* Doctrina nummorum veterum VI, 22; Martin *Schmeitzel* Erläuterung gold. und ſilbern. ſiebenbürg. Münzen (Halae, 1748); Joh. *Raſche* Lexicon rei numariae (ſub *Dacia*) cet.

[5]) *Itin. Anton.* pg. 248; *Marſilii* Tab. XLVII („Marco Aurelio ... Cas ...). Laudat Tacitus et *Caſum* amnem, trans Danubium, quem Wang eſſe ſtatuerunt. — *Cuſſea* Thraciae urbecula eſt apud Stephanum.

[6]) Linea tertia, quamquam ad marginem dextram nimis quidem exſtincta, tamen veſtigia literarum

§. 284. Erat, ut supra vidimus (§. 64. 65.), post illas ad Jovem preces, haec sententia: *Εἰσὶ μὲν οὖν καὶ ἄλα πολὰ πράγματα* cet., quae verba provincialem quandam linguae graecae redolent depravationem, quam illuc irrepsisse jam Ovidius queritur:

> In paucis exstant *Grajae* vestigia linguae:
> Haec quoque jam Getico barbara facta sono [1]).

§. 285. Superscriptum est graeco illi fragmento notis manifestissimis nomen *Ἀριστόβουλος*. Arrianus in Alexandri Anabasi statim initio auctorem laudat cum Ptolemaeo Lagi Aristobulum Aristobuli filium e Cassandria, qui octagesimo quarto vitae anno (complevit autem nonaginta) res ab Alexandro gestas, cujus in exercitu militaverat, memoriae prodidit [2]). In hoc libro fortasse verba ista fuerint: *Ἐςι μὲν οὖν καὶ ἄλλα πολλὰ ἀναγκαῖα καὶ λόγου ἄξια πράγματα (ἃ ἔπραξεν ὁ Ἀλέξανδρος) ἀλλὰ παρόντος διὰ τὴν συντομίαν* (sed nunc propter temporis sive spatii angustiam vel propter brevitatis studium) cet. Exstant apud Arrianum ipsum libro septimo verba simillima: *Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα οἶδεν ἀναγεγραμμένα ὑπὲρ τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς* [3]). Et quis est, cui in mentem non venerit loci illius fere gemelli in fine Evangelii S. Johannis: *Ἐςι δὲ καὶ ἄλλα πολλά, ὅσα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς* [4])?

§. 286. Istum igitur Aristobulum hoc loco significari verisimilius censeo, quam *Aristobulum* Judaeum, philosophum peripateticum, illius fere aequalem, quem ad Ptolemaeum Philometorem Aegypti regem commentarios de libris Moysis scripsisse constat [5]).

§. 287. Sed iterum iterumque cerae illae graecae animum nostrum revocant. Hercle ille, quid bonum quid malum esset, egregie calluit, quicumque

ostendit, ut et lineae primae atque secundae scriptura minime a sinistra, item quartae et sequentium a dextra ad sinistram progredi videatur. Pro certo tamen affirmare non ausim.

1) *Ovid.* Trist. Eleg. 7.

2) Primum jam proelium cum Poro rege commissum descripserat, quam tamen descriptionem Alexander utpote nimis adulatoriam in Hydaspem fluvium demersit. *Arrianus* (Ἀνάβασ. Ἀλεξάνδρου lib. I) sic incipit: *Πτολεμαῖος ὁ Λάγου καὶ Ἀριστόβουλος ὁ Ἀριστοβούλου ὅσα μὲν ταὐτὰ ἄμφω περὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου ξυνέγραψαν, ταῦτα ἐγὼ ὡς πάντα ἀληθῆ ἀναγράφω. Πρότερος Ἀριστόβουλος, ὃς συνεστράτευσε βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ.*

3) *Arrian.* lib. VII, 27. — 4) Cf. 1. Maccab. IX, 29.

5) De quo *Valkenarius* disseruit. Existebat tertius quidam *Aristobulus* (Plutarcho Agathobulus) Epicuri philosophi frater (Olymp. 120). Nomen Ἀριστοβούλου in inscriptione v. apud *Osan* Syll. 308. 311.

preces illas praeclaras ac vere aureas ad Iovem fcripfit, iisque iteratis et tertio illatis animum etiam atque etiam monere conatus eft, five alium quendam five quod mihi videtur, Collegii Aurariarum vel vectigalium conducendorum focium fufpicamur auctorem, qui incolumi inter profanas negotiationes et odiofum lucrum animi candore et finceritate contra abufum bonorum terreftrium infatiabilem ad Iovem Optimum Maximum preces illas egregias inftituerit:

Tu rex fumme dato nobis bona, five rogemus
Seu non, ut mala vel pofcentibus usque negato.

§. 288. Gemebant quam plurimi ad metalla damnati immanem poenam, ipfo folis lumine interfepti, ut purum fplendidumque illud deorum donum lacrymis hominum magis quam amnium aqua ablutum effe crederes. Injiciebat id aurum patriae terrae ejusque civibus catenas ferreis fortiores; auri enim facra fames, quam Romae fruftra explere laborabant, fervitutis vincula five funt aurea five aenea, femper atrociffima provinciis parabat. „Quae enim funt (ita Salvianus) non modo urbes, fed etiam *municipia* atque *vici*, ubi non quot curiales fuerint, tot tyranni fint?... Quis ergo *locus* eft, ubi non a *principalibus* civitatum viduarum et pupillorum vifcera devorentur" [1]).

§. 289. Huc pertinuiffe quodammodo alterum epigramma videtur, cujus initium tantum fuperat in ceris valde jam attenuatis, his verbis:

Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου.......

Quamquam enim tale epigramma vel fententia e poëmate fortaffe majori deprompta in Anthologia graeca defideratur [2]) et reliqua verba tempore confumta funt, ut inde fcire nequeamus, quid „prima *fecundo* Cera velit *verfu*" [3]), tamen non ineptum ab initio mihi vifum eft ftatuere, epigramma illud mutilum continuiffe contrariam egregiae illi priori fententiam, laudes puta opulentiae vel apophthegma de pecunia ex animo avari cujusdam foeneratoris.

§. 290. Sed feliciter nobis atque completum illud quoque confervatum eft epigramma a Paroemiographis:

---

1) *Salvianus* De gubernatione dei III, 4.

2) Compluria Anthologiae epigrammata incipiunt fimiliter: *Ἀργυρέη κρήνη* (II, 144), *Ἀργυρέῃ λιμῷ* (II, 405), *Ἀργύρεον νυχίων* (I, 84), *Ἀργύρεόν σοι τόνδε* (I, 259), *Ἀργύρεος πόλις* (II, 274).

3) *Horatius* Sat. II, 5, 53.

Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου καὶ πάντα κρατήσεις [1]).

Pythiae ad *Philippum* regem refponfum effe traditur [2]), qui omnibus rebus proditione potiretur [3]), atque inter Graecos erat fermo haud Philippum, fed viciffe urbes *Φιλίππου χρυσίον* [4]) five *τὰ Φιλίππου μηχανήματα ἀργυρέα* [5]).

§. 291. Fuerunt fententiae illae graecae, praefertim Platonica illa, fortaffe inter proverbia Marco Antonino philofopho dilecta, quo principe et L. Aurelio Vero Fratre cerae noftrae confectae funt. Fertur enim femper in ore illius fuiffe proverbii loco *Platonis* illud egregie dictum „placere fibi civitates, fi aut philofophi imperarent aut imperatores philofopharentur [6]).

§. 292. Atque re vera in M. Antonini fcriptis precibus egregia fimplicitate infignibus fimilis quis locus occurrit, ubi enim Athenienfium votum fimplex atque plane contrarium precibus illis mercatoriis [7]) laudat: „Plue, plue, care Iupiter, fuper Athenienfium arva et prata", ipfe addit: „Aut nihil omnino precari aut hoc modo fimpliciter et ingenue precari par eft" [8]).

---

[1]) *Cod. Mofc.* et *Laur.* *Ἀργυραῖς λόγχαις μάχου καὶ πάντων κρατήσεις*; iisdem verbis et Diogenianus (Centur. II, n. 81. pg. 209 in *Leutfch* et *Schneidewin* Paroemiograph. graec., Gottingae, 1839. 8.) et Michael *Apoftolius* Byzantinus (medio feculo decimo quarto clarus) Centur. IV, 42: *Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου καὶ πάντων κρατήσεις*. Conftructionem *πάντα κρατήσεις*, quam metrum requirit, Suidas exhibet. Recte enim dicitur *κρατεῖν τι* in poffeffionem alicujus rei venire, *κρατεῖν τινος* in poffeffione effe. *Macarius* Chryfocephali (in Proverbiis) praebet *Ἀργυραῖαις λόγχεσι μάχου καὶ πάντα νικήσεις*. — Habet et Apoftolii illius filius *Arfenius*, Monembafiae, quae nunc Napoli di Malvafia vocatur, archiepifcopus (in *Ἰωνιὰ* f. Violeto edit. Chriftian. Walz, Stutgard. apud Löflund 1832. pg. 78). Cf. et Agricolae proverbia germanica: „Mit der filbernen Büchfe fchießen" apud *Kifelein* „Die Sprichwörter und Sinnreden des deutfchen Volkes" 1840. pg. 101; ubi laudatur *Ἀργυρέαις λόγχαις μάχεσθαι*, argenteis haftis pugnare.

[2]) *Τὴν Πυθίαν φασὶ τοῦτο χρησμωδῆσαι πρὸς Φίλιππον* (*Macarius* in Proverb. et *Suidas*).

[3]) *Ἀντὶ τοῦ, διὰ χρυσοῦ πάντας νικήσεις. Φιλίππῳ δὲ ἐδόθη τοῦτο χρησμὸς, αἰνιττομένου τοῦ θεοῦ, ὡς διὰ προδοσίας πάντων κρατήσει* (*Diogenianus* Centur. II, n. 81).

[4]) *Ἐῤῥέθη γοῦν ὅτι τὰς πόλεις αἱρεῖ τῶν Ἑλλήνων οὐ Φίλιππος, ἀλλὰ τὸ Φιλίππου χρυσίον* (*Plutarch.* Aemil. Paul. cp. 12, 6). Cf. et *Cicero* ad Attic. I, 16, 12; *Horat.* Carm. III, 16, 13; *Walz* Rhett. Graec. VI.

[5]) *Τοιοῦτος Δημοσθένης τῶν Ἀθηναίων ὁ Νεῖλος πολλῷ μᾶλλον ἢ Κηφισός τε καὶ Ἰλισσὸς, ὁ τοῖς Φιλίππου μηχανήμασι τοῖς ἀργυροῖς ἀντιβαίνων, ὃς εἴπερ εἶχε δύναμιν, καὶ τοὺς λόγους τοὺς Ἀθηναίων ὑπείκοντας, ἔσβεσ' ἂν κοσμοφλεγῆς, δαλὸς Ὀλυμπιάδος, Μακεδόνες δ' ἐκλύσθησαν καταῤῥάκτοις Παιανιέως, ἔθνη δ' ἔκυσεν δῆμον Ἐριχθόνων* (*Joann. Sicel.* Comment. ad Hermog. *περὶ ἰδεῶν* in Cod. Laurent. Plut. LVII, 5).

[6]) Narrat *Julius Capitolinus* in M. Antonino cp. 17; unde Aufonius „Poft *Marco* tutela datur, qui *fcita Platonis* Focit, ad imperium patre Pio melior.

[7]) *Εὐχαὶ ἐμπορικαὶ Perfio.*

[8]) *Εὐχὴ Ἀθηναίων, ὗσον, ὗσον, ὦ φίλε Ζεῦ, κατὰ τῆς ἀρούρας τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν πεδίων· ἤτοι οὐ δεῖ εὔχεσθαι ἢ οὕτως ἁπλῶς καὶ ἐλευθέρως* (M. *Antonini* Opp. ed. Gat-

§. 293. Mos erat apud veteres ufitatiffimus, ut in plateis atque aedificiis publicis infcriberent fententias inprimis poëtarum, quae ad res humanas vel divinas fpectarent. Ita in *Hippodromo* veriffimum illud infcriptum erat:

— — μερόπων δὲ πανόλβιος οὔτις ἐτύχθη
ἐς τέλος ἐξ ἀρχῆς [1]).

Atque imperator ipfe *Alexander Severus* femper in ore habebat hanc fententiam: „Quod tibi fieri non vis, ceteris ne feceris", quam usque adeo dilexit, ut et in plateis [2]) et in publicis aedificiis praefcribi juberet.

§. 294. „Mala pofcentibus, Optime Maxime, defende, denega" precatus eft poeta ille apud Platonem five Socratem; precatus eft iterum, qui graecas in Dacia fcripfit tabellas, Marco Antonino quem modo laudavimus principe, cujus in principatu hoc maximum malum acciderat, quod princeps ille philofophus fratrem imparem focium fibi fumpferat imperii, Lucium Aurelium Verum, cujus nomen in fine Libelli noftri Dacici exftat folius, quafi in irrifionem, quum nunquam fupplicibus libellis, quas provinciales feu exterae gentes ad eum darent, vacaviffe videatur [3]).

§. 295. Fecit ille haud ulli vitiis fecundus, Caji Neronis ac Vitellii vitiorum aemulus, in quodlibet facinus pronus, quolibet imbutus. Lafcivisfimus ducebat coenas in noctem, nocturnas commiffationes in diem, bibens atque tefferis ludens ufque ad lucem. Belli et laboris fugiens, Afiae in oppidis infamibus luxuria fpectaculorum voluptatibus, defidiis et libidini effufiffime cum intemperantia fe dabat. Nam cum in bellum Parthicum ei proficifcendum effet, per fingulas maritimas civitates Afiae Pamphyliae Ciliciaeque voluptatibus infignes ceffaviffe Julius Capitolinus narrat [4]). Antiochiam pofteaquam venit, ipfe quidem genio indulgebat, bellum gerendum (Parthicum) Statio Prifco Avidio Caffio, Martio Vero [5]) legatis permifit, qui armis romanis Babyloniae et Mediae illatis atque Armenia vindicata bellum quadriennio confecerunt. Inde nomen ei Ar-

acker: Canterbur. 1652. pg. 191b. Εἰς ἑαυτὸν lib. V, §. 7). Cf. in *Grimmii* noftri Mythologie germanico (pg. 119) fimiles Efthiorum preces.

1) E fchedis Ambrofianis (Muratori Thefaur. pg. 492, 1).

2) *Palatio* fortaffe legendum.

3) Talis enim L. Veri defcribitur mos et indoles in *Bartoli* „Admiranda Romanorum antiquitatis" Tab. 37.

4) *Jul. Capitolinus* in Vero cp. 6. — 5) Cappadociae praefectus (Dio).

menio Parthico Medico inditum eſt, quod ad Marcum quoque fratrem delatum eſt.

Egit autem per quadriennium illud Verus hyemem Laodiceae, aeſtatem apud Daphnen, reliquam anni partem Antiochiae. *Riſui* fuit omnibus Syris. Vernas in triclinium Saturnalibus et diebus feſtis ſemper admiſit. Confecto bello regna regibus, provincias comitibus ſuis regendas dedit. Romam inde ad triumphum invitus, quod Syria *quaſi regnum ſuum* omittendum eſſet, rediit et pariter cum fratre triumphavit.

§. 295. Eodem vero tempore ab ipſis Perſarum finibus usque ad Rhenum et Gallias cuncta peſtilentiae contagio polluebat mortibus [1]. Itaque erat ſane imperatoris peſtiferi iter mortale. Morbi pernicioſiſſimi contagione mors homines proſtravit innumerabiles, militumque omnes copias languore defecit [2]. Saeviebat peſtilentia et toto orbe Romano et Romae vehementiſſime; totamque Italiam et plerasque provincias miſerrime vaſtabat, ut pagi paſſim ac villae incolis deſtitutae corruerent, agri in dumeta ac ſilvas verterentur, luctus ubique et triſtitia ſuperſtitum animos occuparent [3].

§. 296. Graſſabatur porro omnino incredibilis morum corruptio. Sed maxime aucta eſt luis vis per ipſum iſtum imperatorem veſanum. Ducebat ubique ſecum ex Aſia Romam rediens fidicines tibicines hiſtriones ſcurras mimarios praeſtigiatores quaelibet mancipiorum genera, quibus Syria et Alexandria delectabatur. Per quod hominum peſtiferorum examen in eas provincias, per quas rediit, usque Romam luem ſecum tulit, quae praeſertim triumphum Romae impetratum e veſtigio ſecuta eſt atrociſſima. Tanta autem peſtilentia fuit, ut vehiculis corpora exportarentur ſarracisque [4]. Nec minus deorum auxiliarium invocationibus pompisque, quas conſtipata hominum jam peſte infectorum multitudo proſequi ſolebat, morbi vis contagioque in dies augebatur. Itaque multa millia hominum peſtilentia conſumpſit multosque ex proceribus [5]. Tunc neceſſitas imperatoribus Antoninis leges ſepeliundi ſepulcrorumque ſeveriſſimas

[1] *Ammian Marcell.* Rer. geſt. XXIII, 6; *Dio Caſſ.* Hiſt. Rom. LXXI, 2.

[2] *Eutrop.* VIII, 12. — [3] *Oros.* Hiſtor. VIII, 15.

[4] *Jul. Capitolin.* in M. Antonino cp. 13.

[5] *Jul. Capitolin.* in M. Antonino cp. 13. Cf. *Hecker* De peſte Antonina (Berol. ap. Enslin, 1835. 8.) et *Engel* De exped. Trajani ad Danub. (1794. 8.) pg. 262.

18

expreſſit, quandoquidem caverunt ne, uti cuique luberet, conderet ſepulcrum (id quod adhuc ſuo tempore Iulius Capitolinus lege cautum fuiſſe refert)[1]), nec non ſumptu publico vulgaria funera efferri juſſerunt [2]).

§. 297. Ad ſummum autem miſeriae faſtigium homines atrociſſimis, quae tunc temporis flagrabant, bellis adducti ſunt, quippe ut Aurelius Victor memoriae prodit [3]), ab armis nusquam quies erat, perque omnem Orientem, Illyriam, Italiam Galliamque bella fervebant.

§. 298. Accedebant terrae motus non ſine interitu civitatum, inundationes fluminum, crebrae fructuum calamitates, locuſtarum ſpecies agris infeſtiſſimae, ut denique vix quidquam mali vel cogitatione aſſequi poſſis, quod non illo imperante miſerum hominum genus perculerit [4]). Sequebatur inde ut, quemadmodum corpora peſte, ſic metu ac ignavia animi inficerentur.

§. 299. Conflatum autem, quum jam adverſus Parthos armis contenderetur, contra univerſos Germanos bellum ad Danubium incolentes [5]) aliasque gentes, quae pulſae ab iis fugerant et niſi reciperentur, bellum minitabantur [6]). Jam vero in caſtris Romanorum, quae ad Danubium erant munita, tantam peſtilentia ſtragem ediderat, ut bellum illud, quod poſtea Marcomanicum dixerunt [7]), multis Romanorum cladibus funeſtum, quum jam ante Parthicum triumphum paratum eſſet atque in diem inſtaret, ducum arte differri opporteret.

§. 300. Verum etiam tantus Germanorum terror, ut ſemper antiquitus, omnium animos invaſerat, ut undique ſacerdotes Antoninus acciverit, peregrinas caerimonias adhibuerit, Romam religioſiſſime luſtraverit, retardatusque ſit a bellica profectione [8]). Habuit et romano ritu lectiſternium per ſeptem

[1]) *Idem* ibidem. — [2]) *Idem* ibid. — [3]) *Aurel. Victor* Epitom. cp. 16.

[4]) Jam imperante Antonino Pio adverſa multa provenerant (teſte Iulio Capitolino cp. 9): dira *fames*, Circi ruina, *terrae motus*, quo Rhodiorum et Aſiae oppida conciderant. Fuit et *inundatio* Tiberis. *Apparuit et ſtella crinita.* Natus eſt et biceps puer .... *Lues* etiam in Arabia fuit. — Cf. *Iul. Capitolin.* in M. Aurelio cp. 13.

[5]) *Jul. Capitolin.* in M. Antonino cp. 22: Gentes omnes ab Illyrici limite usque Galliam conſpiraverunt, ut *Marcomani*, *Nariſci*, *Hermunduri* et *Quadi*, *Suevi*, Sarmatae, Latringes [*Λαγρινγοι*, *Λακριγγοι* Dioni] et *Buri*, hi aliique cum *Victovalis*, Soſibes, Sicobotes, Roxolani, *Boſtarnae*, Alani, *Peucini*, Coſtuboci. Imminebat et Parthicum bellum et Britannicum.

[6]) *Jul. Capitolin.* in M. Antonin. cp. 14.

[7]) *Jul. Capitolin.* in M. Antonin. cp. 12 — 14. 17. 21. 22. 25. 27; *Eutrop.* VIII, 6; *Aurel. Vict.* Caeſ. 16; *Herodian.* 1. init.; *Dio Caſs.* LXXI. LXXII. LXXVII. ed. Reim. pg. 1178 — 1205. 1305; *Petr. Patric.* Exc. legat. Bonn. pg. 124. — [8]) *Jul. Capitolin.* in M. Antonin. cp. 13.

dies; cumque delectus per triennium habitus fat magnam capitum ingenuorum copiam non fuppeditaffet, fervi denique et gladiatores (illi voluntarii, hi obfequentes, vocabulis honeftioribus, ab imperatore armari dicebantur), imo et Dalmatiae et Dardaniae latrones inter legionarios recepti funt.

§. 301. Exftincta jam videbatur lues illa, quae per triennium fere fingulas provincias ipfamque Italiam vaftaverat, quum contractis undique ad paratas expeditiones armatorum copiis iterum glifcens novam bello moram attulit, fugientibus ipfis Roma imperatoribus. Quum autem Aquilejam fratres peterent, non procul *Altino* Venetorum fedens cum fratre in vehiculo fubito morbo, quam aploplexim vocant, conflictatus eft [1]. Depofito igitur e vehiculo confeftim vena eft incifa; deinde Altinum portatus, cum triduo mutus vixiffet, illic obiit [2]), imperii anno nono, aetatis XXXIX vel XL.

§. 302. Marcus Antoninus paulo poft cum exercitu folus ad bellum profectus, ipfe anno 180 Viennae pefte abfumptus effe videtur [3]). Narrat enim Capitolinus [4]) morbo implicitum feptimo die folum filium admififfe, mox autem dimififfe, ne in eum morbus transiret. Dimiffo filio caput operuit quafi obdormiturus, proxima autem nocte animam efflavit.

§. 303. Immanis hercle atque inaudita temporis calamitas. Erant in principatu fratres fane impares, alter bonae voluntatis, malae voluptatis alter. Sed et illi ftoico, a quo feliciffimam imperio Romano aetatem effe paratam Hegewifchius contendit, aequales crimini dederunt, quod virtutis fuiffet fimulator neque ea morum fimplicitate, qua videretur quaque vel Pius vel Verus fuiffet [5]), minimeque Veriffimus, quo nomine Hadrianus eum ad vocabuli latini fenfum facete adludens ornavit [6]).

§. 304. Atque Avidius Caffius, quem Lucii Aurelii Veri jam fupra nomina-

---

[1]) *Aurel. Victor.* Ictum coelo *Ammian. Marcell.* cp 30 imperatorem dicit.

[2]) *Jul. Capitolin.* in Vero cp. 9, in M. Anton. cp. 13. Cf. *Bartoli* Admiranda Romanorum antiquit. Tab. 3b.

[3]) Jam *Salmafio* pefte abfumtus vifus eft. — [4]) *Iul. Capitolin.* in M. Anton. cp. 28.

[4]) *Hegewifch* Ueber die für die Menschheit glücklichste Epoche in der römischen Geschichte (Hammoniae, 1818. 8). Cf. et Chriftoph. *Wollii* Vita M. Antonini et *Funccii* De vegeta infinitatis fenectute comment. (1744) pg. 51.

[5]) *Iul. Capitolin.* cp. 9.

[6]) *Xiphilinus* ex Dione LXIX, 21; *Capitolin.* et *Iuftinus Martyr.* Apolog. 1, init. et *Vaill.* Num. Graec. pg. 58.

vimus bello Parthico ducem, Marcum philofophum aniculam et dialogiftam, Lucium luxuriofum morionem vocavit [1]). Erat autem Avidius ille Caffius [2]) ftrenuus militiae atque prifca morum feveritate, quem Vulcatius Gallicanus, qui vitam ejus memoriae tradidit, fi obtinuiffet imperium, non modo clementem et benignum, fed etiam fortem et ftrenuum, denique optimum imperatorem evafurum fuiffe perhibet. Hominum quidem naturam et indolem dignofcere et vitia perpenfare regie callebat. Exftat Avidii epiftola, in qua fcripfit „Marcus fane optimus philofophatur et quaerit de clementia et de animis et de honefto et jufto, nec fentit de republica. Vides multis opus effe gladiis, multis elogiis, ut in antiquum ftatum publica forma reddatur."

§. 305. Maxime autem Marcus, quem exemplar principis domi praeftantiffimi Rittershufius, exemplar humanitatis Weffenbergius [3]) fummopere appellaverunt, hoc peccavit quod fratrem ex adoptione demum fibi factum, quem dudum cognoviffet vitiofiffimum, in principatus focietatem fibi adjunxit et poft exactam inter flagitia vitam Divum appellandum curavit [4]). Dum enim ipfe poft finitum bellum Marcomanicum aerario penitus exhaufto, quum a fe impetrare non poffet ut praeter folita vectigalia provincialibus quidquam imperaret, in foro divi Trajani thefauris Dacicis exftructo auctionem facit venditque pocula aurea et vafa cryftallina atque myrrhina et veftem *uxoriam* fericam et *auratam* gemmasque etiam, quas multas in repoftorio fanctiore Adriani invenerat, venditione illa per duos menfes habita tantum *auri* redigit, ut *reliquias belli* Marcomanici ex fententia perfecutus [5]), Lucius interea Inverus epulans calices fingulis per fingulas potiones donat myrrhinos et crystallinos Alexandrinos, largitur pocula aurea atque argentea et gemmata, dat coronas, lemnifcis aureis et floribus rariffimis diftinctas, dividit commiffatoribus vafa aurea cum unguentis ad fpecimen alabaftrorum, distribuit vehicula cum mulabus ac mulionibus, ut convivium illud

---

[1]) *Vulcat. Gallican.* in Avidio Caffio I. et *Iul. Capitolin.* De Antonini fuperftitione vide, quae *Eckhelius* (Doctrina nummorum veterum VII, 53 — 56) affert.

[2]) Cujus poftea in Syria perduellionem Imperator Marcus ejus interitu fuppreffit, quem Senatus procuravit, Marcus non exultavit caput Caffii humari jubens.

[3]) *Weffenberg* (Betrachtungen über die wichtigften Gegenftände im Bildungsgange der Menfchheit (Arangiae, 1836. 8.) pg. 170 — 174; attamen publicam morum corruptionem Fauftina conjuge, quae impudicitiae fama graviter laborabat, et Commodo filio et lafcivo et crudeli, nec non ex patris five mariti Imperatoris in eos laxitate exemplum fibi fumpfiffe maximum fatetur pg. 172-174.

[4]) Cf. *Eckhelii* Doctrina num. veter. VII, 66 — 67. — [5]) *Iul. Capitolin.* in M. Anton. cp. 17.

aeſtimatum ſit ſexagies centenis millibus H. S. Et hoc quidem modo finito bello Parthico! De quo convivio poſteaquam Marcus cognovit, ingemuiſſe tantum dicitur et doluiſſe ſatum publicum, atqui ipſe ſibi et urbi orbique paraverat.

§. 306. Quanto melius et virilius Alexander Severus, qui aurum et argentum raro cuiquam niſi militi diviſerit, nefas ratus ſi diſpenſator publicus delectationibus ſuis et ſuorum abſumeret, quod provinciales dediſſent [1]. Ipſe vero Lucius Aurelius Verus eo dementiae atque veſaniae provectus eſt, ut caput auri ramentis reſpergeret, flavam et áuream Germanorum comam, quam tunc admirari moris erat, imitaturus [2].

§. 307. Tam magno igitur tempore, ut Libelli noſtri Dacici verbis utamur, preces illae graecae ſcriptae ſunt, quae diis omnium rerum hominibus vere utilium curam relinquunt. Ceterum quod qui ſcripſit, ter exſtare legendas voluit, fabulae meminiſſe eum putes illius, qua peſtilentiae ſpiritus in Babylonia ex *arcula aurea*, in quam miles forte incidiſſet, Pandorae inſtar evaſiſſe atque inde Parthos orbemque compleviſſe ferebatur [3], atque precibus illis ter repetitis melius fortaſſe eam prohibendam defendendamque cenſuit ille.

§. 308. In tam magnum tempus ille ipſe Libellus Aurarius nos vocavit anno ante bellum Marcomanicum ſcriptus, ad quod peſtilentia aliquandiu retardatum imperatores jamjam ſe accingebant. Exortum autem proximo anno in duo fere ſecula ductum eſt. Invaſerunt Marcomani anno 168 Boihemum et Moraviam devictis viginti millibus Romanorum; iterum vicerunt anno 174. Denuo Daciam invaſerunt anno 178. Anno 252 expugnarunt Pannoniam. Debellati ſunt tandem anno 304, fidem Chriſtianam receperunt anno 396. Tam diu et ad Danubium contra Germanos pugnatum eſt; neque denique Roma, ſed vicit eos Chriſtus.

§. 309. Tam magno tempore ad tabellionis Reſculi ſtationem propoſitus, deſcriptus, recognitus eſt Libellus noſter Jancowichii Aurarius.

[1] *Aelius Lampridius* cp. 32. — [2] *Iul. Capitolin.* cp. 18.

[3] *Iul. Capitolin.* in Vero cp. 8; *Ammianus Marcellin.* cp. 23 ita narrat: Incenſa civitate milites fanum ſcrutantes inveniſſe foramen anguſtum, quo reſerato ut pretioſi aliquid invenirent, ex adyto quodam concluſo a Chaldaeorum arcanis *labem primordialem exſiluiſſe*, quae inſanabilium vi concepta morborum ab ipſis Perſarum finibus adusque Rhenum et Gallias aucta contagiis polluerit et mortibus.

Teftantur in illo quaeftores cum magiftro ejusque commagiftro Collegii Iovis Cernenii, ex LIIII. hominibus (quibus antea conftabat) non plus remanfiffe decem five duodecim.

Haud dubie peftilentia illa, quam tum toto terrarum orbe graffantem diximus, id Collegium disjectis membris turbatum, disfolutum, imo terrore malaque voluntate disfipatum fuiffe videtur.

§. 310. Namque diebus, quibus — ita ajunt „funebria illa ligna" tabellae" noftrae [1]) — vel ad preces in aede facienda vel celebrandas imperatorum aut collegii natalitias epulando vel defunctorum fodalium funera exfequenda atque munera funeraticia [2]) conferenda denique ad decreta frequenti numero, quo lex jubebat [3]), facienda continebatur, convenire diutius collegium noluiffe [4]), ejus magiftratus teftantur; fcilicet hisce literis et collegii fociis rationem reddunt et, quum neque honorem funeraticium neque hereditatis vel certae pecuniae petitionem ad quemquam eorum amplius pertinere publice declarent, praecavent fimul ne poftea fibi actiones intendantur. Atque tanta hominum multitudo defunctorum fuiffe videtur, ut ne loculus [5]) quidem fuperfuerit fepeliundis.

§. 311. Rem ita fe habere mihi quidem perfuafum eft; attamen nequaquam pro certo affirmaverim. Finem vero hisce commentariis impofiturus, juris atque antiquitatis peritis, quae praefertim in ipfius libelli verbis minus dilucide interpretatus fum, accuratius exponenda et quae erravi corrigenda relinquo.

---

[1]) *Ovid.* Amor. I, 12.

[2]) *Munera* funebria erant ludi gladiatorii, qui funebres ludi ab officiu appellabantur (*Plin.* H. N. XXXIII, 3 et *Briffonii* Dictionar. juridic. pg. 873, de ceteris actionibus *funeraticiis*, quae de impenfis funeris caufa factis dabantur), vide fupra pg. 84 adnot. 2.

[3]) Alias *fequella*: *Orelli* Infcr. n. 4134 (p. Chr. nat. 261); *Muratori* 563, 2. 564, 1.

[4]) Accurato notari folebant, qui „in collegio *adfuerunt*" (cf. CXIX. CXX. Fratr. Arv. ap. *Grut.* Graev.)

[5]) Sive locus fepeliandis collegii fociis (vide pg. 81, adn. 10. et pg. 82, 3. 86.) five *feretrum* aut fandapila, qua efferebatur ad fepulcrum cadaver, quamquo *Offas* ille Meuaphili *hvilftrân* fine dubio appellaverit.

III.

A P P E N D I X.

A. Textus utriusque fcripturae in Libello Dacico.

B. Addenda, inprimis Decretum latinum e Papyro Aegyptiaco, qui in Mufeo Batavorum Lugdunenfi confervatur, defcriptum atque depictum.

A. Textus utriusque ſcripturae in Libello Dacico.

Textus I.

Tab. IV.

Deſcriptom et re cognjtom factomexlidello qvj propoſitvſ
erat aldmajorj ad ſtatj one reſcoli in qvo ſ criptume rat
idqvod j ſ eſt.
Artemidorvſ a pollonj. magiſter collegj Jovíſ cernenj et
valerivſ niconi ſ. et of ſa ſ menoſilj qveſtoreſ collegj ejvſ
dem Poſito hoo lidello Pvdlice teſ tantvr
ex collegio ſſ. vdj erant hom. L·IIII exejſ non plvſ
remaſiſſe adald· qoam qvot h XII" Jvljvm Jvlj qvoqoe
commagi ſtrvmſvvm exdjema giſterj ſoj non acceſſiſſe
adaldvrnvm neq in collegio :· ſeqve eiſ qvj pre——
ſenteſ ſoervnt ratj onem reddediſſe et ſi qvit——
eorvmadverat reddedjſſet ſjve ſvneridvſ

Tab. III.

et cavlj onem ſoam in qva eiſ caverat recepiſſet—
modo qve aotem ne qve ſvneratj ejſ ſvſſjcerent—
ne qve lo evlvm aderet ne qve qviſ qvam tammagno
tempore dj e dvſ qvidvſ legj con tinetvr convenire
volverint avt conferre ſvnerati cia ſivemvnera
Seqveidcirco perhvnelidellvm Pvdlice teſtantvr—
vt ſi qviſ deſvnctvſ ſoerit ne pvtet ſe collo—
giom adere avt adeiſ aliqvem petitio
nemſvneri ſ aditvrvm—
Propoſitvſ aldmajorj v jdvſ ſe dr— Imp— L— Aor Ver Iıı
et qvadrato Cſ
Actaldmajori

Textus II.

Tab. II.

Deſcriptvm et re cognitvm —
ſactvm exlidello qvj Propo
ſitoſ erat ald maiorj adſtatio
nemreſ cvli in qvo ſcrip
tvm erat id qvot i ſ eſt
Artemidorvſ apollonj magiſter
collegj jovíſcernenj et valerivſ
niconiſ et offaſ men oſili qveſto
reſ collegj ejvſ dem
Poſito hoc lidello pv dl ice teſtantvr
ex collegj ſſſ vdi eranthomin LIııı
ex eiſ non plvſ remaſiſſe aldvr
qoam qvot homin X(ıı)

L vaſidj victo
riſ

...
C- SECUNDJNI LEG....
Stertinj rvſ tj ej.

Aelj la . . . . ſ
geldoniſ ſ

Stat . . . .
. . tj. niſ . . . l. c. ſ ſ
Co . . . nvſ . . . . . .

Tab. I.

Jolivm Jvlj qvoqve comma giſtrvm ſvvm——
ex di e magiſterj ſvi non acce ſſiſſe ad aldvrnvm neq
in col legio ſeqve eiſ qvj preſenteſ ſvervnt ratio
nem reddedi ſſe et ſi qvit eorvm adverat redde—
di ſſet ſive ſvneridvſ et cavti onemſ vam in qva
eiſ caverat recepiſſet. modoqve avtem neqve ſv
nerati ci ſſvſ ſi cerent neqve lo cvlvm aderet neq
qviſ qvam t a . . . . dvſ legi
contine tor convenire volverint avt confer
re ſvnerati cia ſive mvnera
Seqve id circo per hvnclidellvm pvdlice te ſtantvr vt ſiqviſ
deſvnctvſ ſoerit ne pvtet ſe collegivm adere aot—
ad eiſ aliqvem petitionem ſvneriſ adi torvm—
Propoſitvſ aldmajori v idvſ ſedr imp — l aor ver Iıı et
qvadrato cſ - act ald maiori

B. ADDENDA.

Addas velim pag. 12. adnot. 1: Cf. Placentii De figlis Graec. (Romae, 1757. 4.) pg. 135: ЄΤЄΙ ϚΧΙΙ; et Lepfium in „Annali del' inftituto di Correfpondenza archeologica VIII, 19 (Romae, 1836).

Ad pag. 17, 3: Cf. Caroli Wilhelmi VII. Jahresbericht der Sinsheimer Gesellschaft (1840) pg. 98, 18. 99, 17. 87, II, 2. et III. Jahresbericht (1833) pg. 49.

Ad pag. 20, §. 39: In Mufaeo Walrafiii Colonienfi duae confervantur tabulae ceratae feculi XV, quibus rationes et latina et germanica lingua fcriptae infunt. Lugduni Batavorum in Mufaeo ibi inftituto Aegyptiaco plures nuperrime vidi tabulas ligneas literis et graecis et copticis fignatas, fub quibus vetuftiores literae, haud prorfus elutae, apparent; unde vides, eundem fuiffe ufum literarum in ligno pingendarum atque ceris ftylo incidendarum. Cf. Leemans Catalogum Mufaei illius.

Ad pag. 23, adde hasce tabulas honeftae miffionis: a) Nervae Trajani, e Transfylvania tabulam nummophylacio cl. dni Profefforis Univerfitatis Pefthanae Jofephi Weszele illatam, per illum tum adhuc in vivis agentem aeri incifam; b) tabulam anno hoc aut priori in Walachia detectam, fervatam in bibliotheca et cimeliotheca principis Bukarefti in Moldavia; c) tabulam inventam in comitatu Weszprimenfi ac per comitem nn. Feftcties in Mufeum naturale Pefthini regni Palatino deponendam transmiffam.

Ad pag. 59, adn. 2: Cf. Diez Grammat. roman. II, 405 (*ad* pro *ab* jam priori aevo ufitatum).

Ad pag. 89, §. 203: Infcriptio Turicenfis praebet: „D M. | Hic fitvs eft L. Ael. Vrbicv | qui vixit an vn m v d v | Vnio avg lib pp fta [1]) tvric XL

---

[1]) Praepofitus *ftationis*.

g et Ae Secvndin p(uero) dulciſſim(o) f" [vide Schweizeriſches Muſeum für hiſtoriſche Wiſſenſchaften: Frauenfeld, 1837. 8. I, 1, 128].

Ad pag. 119, §. 256: De Danubio et Iſara, Iſaro, Iſargo cf. Dunkeri Origines Germanic. (Berol. 1840. 4.) pg. 43. 68.

Ad pag. 124, §. 264: De Scordiscis (e monte Scordi nominatis, ut legitur mons Bertiſcus, Naiſcus), de Tauriſcis ſive Tauriſtis cf. Dunkeri l. l. pg. 35. 43. 62. 63.

Quae denique in commentariorum §§. 75—149. de ſcripturae ratione, praeſertim de antiquis literis uncialibus paulatim in figuram curſivarum flexis diſſerueram, egregie vidi firmata invento quodam, quod mihi nuperrime obtigit autumno praeterlapſo (anni CIↃ IↃ XXXX) in Bataviam iter facienti. Eſt enim in Muſeo antiquitatum Aegyptiacarum Lugdunenſi inter alias papyros literis graecis et copticis ſignatas et Philenſis quaedam, numero I, 421 [2]) notata, cujus notas admodum miras primo quidem adſpectu calami nugas ac ſtyli quaſi ſomniantis luſus exiſtimabam, mox autem literas optime pictas, accuratiſſime diſtinctas inque iis aptiſſime conjunctae ſeparataeque ſcripturae genus agnovi.

Eſt autem exarata literis tum antiquioribus adhuc uncialibus ſ. majusculis iisque noſtro libello Dacico partim propriis (ut et) [1]), tum quae mature ac plane curſivarum figuram induerunt *(b. d. l.*, jamque laxiore etiam forma diſſolutis *q. g. h.)*, praeterea autem omnino novis, ut (n) et (e), quarum haec aliunde nunquam adhuc oculos meos offendit.


Illud vix erremus, ſi graeco fonte derivatum eſſe atque notae , quae eſt in codicibus graecis, reſpondere ſtatuamus, ut ſit quaſi μ dimidiatum ſive ex nota , in inſcriptionibus graecis uſitata, ortum [3]). Ceterum illud ipſum idque graecum in documento noſtro exſtat. Literae vero figura nonniſi e notae ductu inferiore ſurſum contracto ita procedere potuit, ut paulatim cum litera antecedente coaleſcens () illi literae minime ſimilis ex-

[1]) Videſis, quam congrue diſtinctae eaedem literae te (Aet R) illis in tatere transſylvano reſpondeant, cujus ſimulacrum pg. 56. tecum communicavimus.

[2]) Catalog. pg. 130.

[3]) Cf. *Franzii* Elementa epigraphices graecae, pg. 44.

ſtiterit (ꝟꝟ). Sed quemadmodum hoc ꝟ nusquam hucusque, quod ſciam, mihi occurrit, ſic nota ꝟ papyri noſtrae neque apud Marinium neque apud Mabillonem invenitur [1]). Semel tantum in eam incidi in epitaphio latino literis graecis ſcripto, quod in Cimeterio S. Agnetis repertum Boldettius publicavit [2]), quam inſcriptionem ligno iterum inciſam hic tibi repetimus:



Quae quidem haec ſibi volunt: „Hic (?) Gordinus Galliae nuncius jugu|latus pro fide cum familia tota| quieſcunt in pace.| Teophila ancilla fecit|." Quibus in verſibus illud addubitandum, idemne ſit hic Gordinus atque S. Gordianus, quem una cum Valeriano Macrino aliis Novioduni ſupplicio affectum eſſe Martyrologium eccleſiae Romanae memoriae prodidit cujusque memoria decimo ſeptimo die Septembris celebratur [3]).

At continetur codice noſtro Lugdunenſi decretum, ut mihi quidem videtur, ab imperatore quodam factum, quo, ut ipſius verbis utamur, „inſtrumentum emptionale per vim confectum" militi nimirum cuidam Iſidoro pecunia atque poſſeſſione interceptâ, reſcinderetur atque irritum redderetur.

Sed ſaepius evolvendo convolvendoque truncatum eſt, quod valde dolendum, documentum eximium, ita ut profecto et initio et in fine ſingulae ſaltem columnae deſiderentur, ex quibus et imperatoris conſulumve nomen annumque, fortaſſe etiam indictionem indicatam haberemus.

---

[1]) Verſu vice in documentis a *Marinio* editis nonnullae ſubſcriptiones latina lingua, ſed literis *graecis* ſcriptae conſtanter fere notam ꝟ praebent. Vide illius Papyros diplomaticos pg. 116 (N. LXXV). 140 (N. XC). 145 (N. XCIII). 170 (N. CX). 174 (N. CXIV). 186 (N. CXXI).

[2]) *Boldetti* Oſſervazioni pg. 233 (ex Aringhi lib. 3).


[3]) Martyrologium Romanum (Baſſani, 1768. 4.) pg. 178.

Hoc quidem certum eſt, in codice noſtro Lugdunenſi forenſi dicendi genus, quale exſtitit inde a Iuſtiniani imperatoris tempore accurate et conſtanter ſervari, ad quod probandum conferas Briſſonii „Dictionarium Juridicum" ſub vocibus „Uſura — ſolatium — emolumentum — portio — dilatio — conſtringere — reſarcire — reſtituere — compellere — precatio — uſurpator — detentator" cet.

E quibus omnibus ſtatuendum erit, papyrum ſicuti vix ante ſeculum p. Chr. natum tertium ſcriptum, neque ſeculum quintum p. Chr. tranſire. Ad quod argumentum corroborandum conferas inter alias chartam illam plenariae ſecuritatis, „quae (ut ipſa edit) condita eſt ſcriptaque imperatore domino Iuſtiniano PP. Auguſt. anno XXXVIII. Ravennae, P. C. Baſilio anno XXIII., Indictione XII.", quae notae quadrant in annum Chriſti 565.

Addimus tibi nunc, B. L., literas codicis e vulgari ordine digeſtas; cujus alphabeti auxilio literarum inter ſe connexiones continuo fere atque variiſſime adhibitas ipſe optime obſerves:

Alphabetum.



Sed quo facilius commodiusque et ſcripturam et ſententiam inſtrumenti ſpectes, ſequitur jam codicis argumentum vulgaribus literis delineatum, quale primum Lugduni, opera ſex fere horarum in ea re conſumta, poſtquam praeſertim nota ℐ literam E ſignificari ſtatui, ex codice ipſo erui. Deinde vetuſtas literarum figuras admodum, ut ſupra monuimus, notabiles, quas Lugduni favente viro clariſſimo doctiſſimo Leemans, accuratiſſime depinxi atque ex itinere redux imprimendas lapidi inſcripſi, eadem magnitudine, qua codex ipſe exhibet, adumbratas tibi praebeo.

Argumentum.

Columna I.

[.........de]ſiderat ſol(a)cia ex militia ſ(va) debita
[.........v]ſvrpatore ſibi [1]) reſtitvi
[............]me ae ivcvndiſſime
[.........e]xperi(e)ntia tva
[.....,.....]ſ ineſt
[.........por]cionem ſvam pertineret
[.........a]d ſolvtionem debiti vix tandem ſine vlla dilatione
[.........iu]xta legvm tenorem conſtringi

Columna II.

iniqvoſ detentatoreſ mancipiorvm ad evm pertinentivm
portionem ipſi debitam reſarcire
nec vllvm precatorem ex inſtrumento emptionali
pro memorata [2]) narratione per vim confecto praejvdicivm pati
ſed hoc viribvſ vacvato
poſſeſſioneſ ad ipſvm pertinenteſ cvm debitiſ frvctibvſ
minimo pretio qvod re vera aceepiſſe probatvr
cvm legitimiſ vſvriſ reddito ab iniqviſ detentatoribvſ

---

[1]) vſvrpatoreſ ibi ?
[2]) promemorata ?

Columna III.

evm recipere praecipiat[vr . . . . . .
praefato fcilicet ifidor[o . . . .
folacia five emolvmenta e[x militia fva debita . .
qvae perperam in fvvm l[vcrvm vertervnt . .
reftitvere compelle[ndof . . . . . .
ita tamen vt perfonae . . . . . .
ceffante militari appar[atv . . . . . . [1])
in provinciali ivd[icio . . . . . .

[1]) Ceffant e militari appar(itione)?

Corrigenda.

Et me in itinere illo rhenano abfente et fatigatis incidendo ligno lapidibusque inferibendis redeuntis ex itinere oculis, errores aliquot compofitoris typographici irrepfere five remanfere, quos ipfe valde doleo, tu vero B. L. patienter corriges quaefo:


Pag. 9, 1. legas §. 18; *ibid.* §. 19, 2. fexcenti — 6, 1. illa, §. 31, 7. non — 10 leg. §. 21. — 12, 5. adnotatiunculа in textum venit, §. 29, 1. feriora — 21, 46, 4. quo. — §. 22, 8, 18. Sikator. — 23, *p.* allatam, *w.* milit. — 25, 50, 1. quem — 28, adn. 1. nomine, §. 37, 3. Quodfi. — 30, adn. 6, 3. Nam — 34, adn. 1, 8. quia, quingenta evocante — 35. leg. §. 73. — 36, 74, 1. eadem — 37, 5. amplector — 40, adn. 13. Hoeov. — 41, l. §. 83. — 42, l. §. 85. 86. 87. — 48, 2. ipfam literam — 50, adn. 2, 2. l. ᾶ — 51, 9. VIIII. D. — 53, 111, 13. eeget. — 55, 116, 8. ftatuere — 58, 125, 4. fere — 61, 138, 4. dixımoe — 62. l. §. 141 — 64, 144, 4. non venit — 68, 154 2. diftinguunt — 80, 156, 6. litera — 86, 194, 8. tractetur — 93. adn. 2. et 94, adn. 4. Mölleri. — 94. l. §. 207, ib. 6. exercetur — 95, 7. omnes — 98, adn. 5. Dalmatae, mandat qui, videtur — 98, 7. impetraverit — 98, 3. Pleita, §. 219, 11. inveniantur. — 101, 223, 4. quae a. condita — 102, 9. masculus; §. 225 — 103, 3. circa, §. 227, 7. fit — 108, adn. 5. focietatem — 113, 245, 5. me latet (fugit) — 112, §. 249, 3. haec — 116, adn. 8, 6. Libyeos — 118, 2. veftigia — 125, 9. in D. — 126, 9. Alia — 136. adn. 7. Grajos — 121, adnot. 2. venere, 6. intulere — 132, 8. fafcibus, adnot. 8. dextrum — 133, 10. octogefimo — 134, 8. at; adnot. 2. complura — 135, adnot. 1. Leutfch — 180, adnot. 5. praefecto. — Leviores in ponendo accentu graece mendas ipfe leviffime emendabis.


INDICULUS.


(Numeri paragraphos indicant).


I. TABULAE.

Monachii, typis G. Franz.












c.





B.



MONACHII, TYPIS G. FRANZ